NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
8
15 — G
64
ROMA

Digitized by Google

DE DO=

CTRINA MORIEN

di opuſculum, neceſſaria ad bene mo riendũ præparamẽta declarãs, & quo modo in eius agone variis antiqui hoſtis inſultibus ſit reſiſtendum, edo cens. D. Iudoco Glichtoueo authore.

¶ Acceſſere orationes aliquot D. Dio nyſij, homini iamiam morituro, ſanè quàm neceſſariæ.

Item Precationes in Paſſionem Ieſu Chriſti.

Memorare nouiſſima tua, & in æter num non peccabis. Eccle. 7.

ANTVERPIAE
in ædibus Ioannis Steelſij
M.D.XXXVIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMI no Ioanni Comiti & Domino de Gal linario monte, tum antiqua generis nobilitate, tum virtutũ claritate prę fulgenti: Iudocus Clichtoueus pro fessorum Theologię minimus felici tatem exoptat.

MIrabere forsitan cla rissime Princeps vbi primum huius libel li titulum fronti in scriptum lectitaueris cur animo tuo rei trī stis, lugubris, & horridę imaginē prī mo occursu ingerā, obĳciāq; pallidę mortis speciem, quam mens humana refugit suapte natura & exhorret. Quandoquidem ad amicos læta con scribi solent & exhilarantia legentes. muneraq; mitti non funesta, non lu ctuosa, sed quę gaudium & iucundita tem afferant accipientibus.

Quę autem potest in vita esse iucunditas (vt apud Ciceronem in primo Tusculanarum Quæstionum libro disserit Atticus) cum dies & noctes cogitandum sit, iam iamq; esse moriendum? Videtur sanè id triste spectaculum in limine obiectum (diceret quispiã) siniſtrum quoddã omen prętendere. Cur (etiam inquies) si ad communem omnium vtilitatem scribere quicquam tibi collibuit, non potius de viuendi doctrina disseruisti? quæ toti vitæ humanæ apprime vtilis est ac accommoda: necnõ ad extremum diem feliciter claudendum per quàm necessaria. In ea certe latissimus tibi latuisset ad scribendum cãpus, spatioſoque tactu diffusus fuisset item illa & lectu gratior, & recordatione iucundior: & genio nostro congruẽtior. Recte quidem hęc obieceris, sed nunc paucis satisfactionem nostram accipe: Probè viuendi disciplinam permulti copioſe, gnauiter

uiter & splendidè suis scriptis eluci-
darunt, post quos non opus fuit rem
tantopere pertractatam nouis docu-
mentis illustrare. Quid enim Euan-
gelicis eloquijs, Apostolicisque epi-
stolis sacratius, quæ bene beatèque
vitam hic agendi formam optimam
& regulam tradunt? Quid item li-
bris officiorum sacri antistitis Am-
brosij & Augustini de disciplina chri
stiana sanctius, qui nostram etiam vi-
tam sapienter instituunt? Quid de
nique Ethicis Aristotelicis, officijsq;
Ciceronianis luculentius, quæ no-
stros mores ad prudentiæ amussim
lineamq; componunt? Moriendi ve-
ro doctrinam, oppidoq; pauci (quos
norim) digestis certo quodam ordi-
ne præceptis ttadiderunt: cum ta-
men haud minus ferè, quàm viuen-
di disciplina, mortalibus sit vtilis pa
riter & necessaria, quòd parum ad-
modum conferat, candidè, inculpa
téque vitam præsentem traduxisse

nisi & transitus ex hoc mundo beatus habeatur & felix. Quid enim iuuat nauem per ęquoreos fluctus tempestatęsque sonoras diutius deduxisse incolumem: si in ipso stationis ingressu, in ipso portus limine ac introitu scopis illidatur, faciatque naufragium? Quid item prodest militem strenuum in ipso belli conflictu duris sudasse sub armis, & animose cuneos hostiles fudisse, si antequam receptui canatur, & in ipso certaminis exitu procumbat humi prostratus ab hoste? Quid denique conducit alicui, anhelo cursu contendisse ad metam, si antequam attingatur, defessus fatiscat, & in extremo conatu deficiat? Tota sanè vita nostra, cursus est continuo in stadio, in quo ita decurrendum nobis est, ita sudandum ac elaborandum: vt optatam denique metam contingamus, & comprehendamus brauium. Verum angustus est admodum

dum callis ille, salebrosus & anfra-
ctuosus: quo ex huius vitę curricu-
lo transferamur ad alterius vitæ sor-
tem. Obsident illum hostiliter, ac
observant aduersarij nostri, vt in eo
ancipiti periculo nos opprimant ac
pessundent. Tunc tæla exacuunt, ar-
ma expediunt, spicula contorquent,
& acrius instant, vt ex insidijs nos
morti propinquos adoriantur, & in
angustis illis faucibus expugnent.
Proinde comparanda nobis tempe-
stiuè sunt munimenta, accersendaq;
præsidia, quibus in tam duro & extre
mo cum hostibus conflictu defen-
damur, & totius vitæ nostræ militiã
feliciter conficiamus. Et hæc quidem
præsenti opusculo suppeditare, appa-
rareq; pro viribus contendimus. Qd
sereniſſimo tuo nomini nuncupatũ
volui splendidiſſime Comes: vt eo
argumento syncerum mei in te ani-
mi affectum aperte proderem, quem
in me exuscitauit & inclyta tuę nobi-

sissime domus generositas, & exi-
mia virtutum tuarum doctrineq; cla-
ritudo. Enimuero si paternam tuam
propaginem spectare lubet, occurrent
hinc pater Guilielmus, hinc auus illi
cognominis, clarissimi de Gallina-
rio monte Comites non minus pie-
tate religioneq; in Deum, quã generis
nobilitate spectabiles. Quã sanè pa-
ter tuus, veterũ monasteriorum sui
comitatus à regulari disciplina pro-
lapsorum, in debitã morum rectitu-
dinẽ instauratione, & nouorũ á fun-
damentis erectione, haud obscurè de-
clarat. Auus autem ter equestris or-
dinis dignitate insignitus, & á Fride-
rico tertio Romanorum imperato-
re amplissimis honoribus cumula-
tus, frequenti profectione ad sanctos
beatorum Apostolorũ Petri & Pauli
cineres Romanæ conditos, & ad in-
uisendũ Hierosolymis dominicũ se-
pulchrum, planè demõstrauit. Quid
Margaritam insuper auiam tuam pa-
ternam

ternam referam, Braunſcheingenſis & Lunenburgenſis terræ ducatu ac principatu inſignem, virtuteq; non minus pręſtantem? Quippe quæ in florenti adhuc & integra ætate orbata marito, in viduali caſtitate reliquã tranſegit vitam, vt Anna filia Phanuel non diſcedens de templo, orationibuſq; & eleemoſinis quotidie inſiſtens. Eius autem mater, cum illuſtris ducis Cliuenſis fuerit filia, teipſum reddit Chriſtianiſſimo Francorum regi Ludouico duodecimo, ſuperioribus annis ſumma cum laude regni eiuſdem florentiſſimi diademate potito, ex eademq; ſtirpe prognato, propinqua ſanè cõſanguinitate coniunctum, Sin vero ad maternã originem tuã deflectere placet obtutum: in primis occurrit illuſtriſſima domina Anaſtaſia mater tua, ex Marchionibus Brandenburgenſibus natalium ſuorum ſplendorem ſortita, omnique virtute conſpicua. Occurrit & Luc. 2.

rit & auus tuus maternus Albertus, Marchio Brãdenburgenſis, Princeps elector ſacri Romani Imperij: vir nõ minus prudentia & virtute: quàm claro ſtemmate ſpectatiſſimus. Occurrit demum & auia tua materna, nobiliſſima Domina Anna: Saxoniæ principatu atque ducatu iure hęreditario potita, quippe cuius pater & dux Saxoniæ dum vita maneret fuit, & princeps elector imperij. Hæc etiam viduata marito, in cœlibatu quod reliquum fuit vitę exegit, manum ſuam aperiens inopi, cum forti
Prouer. 31. muliere quam deſcribit Salomon, & palmas ſuas extendens ad pauperem. Sed quid genus & proauos tuos recenſemus generoſe Princeps? aut quid titulos maiorum tuorum longo ſtemmate deducimus? Nempe vt oſtendamus tuam præſtantiſſimam dignitatem à probitate auita nequaquam degeneraſſe: quin potius maiorem illis fulgorem illuſtriusque.

usque decus adieciſſe: cum hanc tantam tui generis nobilitatem ſtudueris decore virtutum, ac literarum ornamento reddere ſplendidiorem. Siquidem ſedulam Marthæ circa frequens rerum ſecularium miniſteriũ ſolicitudinem miſſam faciens: totum ad placidum & tranquillum Marię otium contuliſti: ſedens ſecus pedes Domini, & aſſiduo labore dulcia doctrinæ fluenta hauriens. vſque adeo indefeſſe, vt rarus ſit admodum qui in publico auditorio ad canonicas, pontificiasq; ſanctiones ediſcendas ſit frequentior, & in ſtudio domeſtico ac priuato ad euoluendos libros diligentior. Teſtis illius locupletiſſimus eſt vir probitate, & erudi tione apprime inſignis. Quilianus Veſthauſenus, præceptor tuus cubicularius, Qui iam multos annos tuæ rectę inſtitutioni intentiſſimus: neque oleum (vt aiunt) neque operam perdidit, vt ex agri fertilitate copioſaque Lucę. 101

ſacq; meſſe, diligentiam agricolæ poſſis agnoſcere, & ex larga vindemia, ipſius vinitoris induſtriam ac operã Perge igitur qua cœpiſti via, ſerenisſime princeps, & in anteriora ſemper alacri nixu contende. Virtutem tibi potius quàm opes, comparare labora. Nam (vt Salluſtius author eſt) diuitiarum & formæ gloria, fluxa, atq; fragilis eſt, virtus, clara æternaq; habetur. Enitere ad optima, incumbe in præclara (quod vtique facis) bonarum literarum ſtudia, ex quibus tandem fructum ſuauiſſimum, optimum & laudatiſſimum carpas. Et cum ſecundum Naſonis ſententiam laudata virtus creſcat: hac panegyrica laudatioraquè oratione adhibitũ, tibi calcar eſſe perſuade, admonitoſq; ſtimulos, quibus (etſi vltro ſemper currentis ad honeſta) inciteris acrius ad curſum, promouearisq; alacrius ad amorem virtutis ac doctrinę: quo ardenter inflãmatus, demum proueharis

haris ad vtriuſq; culmen, ſublimeq; faſtigium. Interea oblatum hoc chartaceum munuſculum non aſperneris oro, & eius authorem, clientulorum tuorum albo aſcribi, non grauatè feras. Vale vnicum Germaniæ decus & inclytum columen. Ex Pariſijs, Anno ſalutis humanæ, Milleſimo quingẽteſimo, vigeſimo.

DE DOCTRNA MORIendi opuſculum, per Iudocum Clichtoueum Neoportuenſem, Doctorem Theologum, elucubratum, Ad nobiliſſimum principem & Dominum Ioannem Comitem ac Dominum de Gallinario mõte, & generis claritudine, & virtutis ſplẽdore preſtantiſſimũ

¶Mortis deſcriptio atq; partitio, cum partium eius adinuicem collatione, & mutua habitudine.

CAP. I.

MORtem deſcribunt Authores eſſe vitæ extinctionem, perinde atque obtenebrationem, luminis in perſpicuo ſublationẽ & priuationẽ. Eſt enim vita vt lumẽ, mors vero vt tenebrarũ inductio Vitam

Vitam autem dieunt congruam esse operum viuendi functionem, quæ tã diu integra consistit, quãdiu viuen munia suæ naturę accommoda, offi-cia'q; exercet. At quemadmodum ho mo ex duplici coalescit substãtia, cor pore & anima: ita duplex assignatur eidem vita, & duplex etiam mors: corporis inquam & animæ. Vita cor poris, est vegetatio carnis, & operum naturaliumin corpore humano per functio. Et hæc omnibus hominib⁹ vitales spirantibus auras, est cõmu-nis. Vita vero animæ, est ipsius per fi dem dilectioni Dei coniunctam spiri tualis vegetatio. Quod enim præ-stat anima corpori, idem fides chari-tate formata, & rutilus virtutum ful-gor, animæ rationali. Quare hęc nõ omnium est promiscuè: sed eorum dũtaxat, qui firmo sancti amoris ne-xu Deo copulãtur, à quo viuificã in anima virtutẽ accipiunt: haud secus ac corpus ab anima, vegetandi & spi-

randi

Cor.6. randi facultatem. De quibus dicit Apostolus: Qui adhęret Domino, vnꝰ spiritus est. Ex opposito, mors corporis, est animę à corpore secessio, atque dissolutio. Et hæc vitam adimit mortalem eãque claudit. Mors autem animæ est ipsius à Deo per peccatũ dissęparatio. Est enim Deus vitę fons indeficiens, & apud ipsum (vt ait propheta) fons est vitæ. imò idem, vita est æterna; & primaria, à quo omnibus vite participatio communicatur Cum igitur anima, peccati labe contaminatur, & idcirco à Deo diuellitur, horrendã incurrit mortem, sicut & membrum à corpore reuulsum, protinus emoritur & cõputrescit. Et hanc mortem admodum noxiam, insinuat propheta in Psalmo, simul & eius causſam dicens: Quia ecce qui elongant se à te, peribunt: perdidisti omnes qui fornicantur abs te. De eadem quoque morte, dicit Prophe-

Psal.35.

Psal.72.

Ezechi.18.

ta: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur.

rietur. Et liber Sapientiæ: Os quod Sapien. 1.
mentitur, occidit animam. Et rursum: Homo quidem per malitiam occidit animam suam Sane hoc duplex Sapien. 16.
mortis genus innuit Augustinus cũ ait: Mors, quam timent homines, separatio est animæ à corpore. Mors vero, quam non timent, separatio est animæ a Deo. At vitam ipsam animæ pariter & eius mortem, iam diffinitione explicatam, paucis aperit Moses, ad populum Israeliticum ita verba faciens: Considera (inquit) Deute. 30.
quód hodie proposuerim in conspectu tuo vitam & bonum, & econtrario mortem & malum, vt diligas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius: & custodias mandata illius, & ceremonias atque iudicia, & viuas. Ecce vno verbo ostendit Moses, in quo vita animæ, morsque consistat in bonitate & obseruatione mandatorum Dei, contestans animæ vitam versari, è diuerso mor-

tem eius in malitia & præceptorum Dei prȩuaricatione. Cui astipulatur Ecclesiasticus his verbis: Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. Adiecit mandata & prȩcepta sua, si volueris mandata conseruare, conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam seruare. Appositit tibi aquam & ignem, & adquod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum. quod placuerit ei, dabitur illi.

Ecclc. 15.

¶ Cȩterum hȩc quatuor iam assignata membra, combinationes inter se ex mutua collatione, & connexiones aliquot constituunt. Nempe in eodem nonnunquam est reperire vitã corporis itidem & animæ, vt in eo qui mortalem hic degit vitam. Deiq; cultor est & virtutis amator. Ita & eidem conuenit interdum mors corporis necnon & animæ, vt ei qui dlem claudit extremum, vitiorum sordibus

dibus inquinatus. Et ille quidem ad ſignandam duplicis vitæ rationem, in ſcriptura, vita viuere dicitur. Hic vero ad geminum mortis indicandum vulnus, morte mori plerunque in ſacris literis refertur, vt apud Ezechielem: Vir ſi fuerit iuſtus,& fecerit iudicium & iuſtitiam, vita viuet, ait Dominus Deus. Et Dominus ad Adam dicit : In quacunque die comederis ex ligno ſcientiæ boni & mali,morte morieris. Idipſum perhibet beatus Ambroſius in libro de paradiſo capite nono, dicens: Puto ſecundum ſcripturas,quia vita viuere, admirabilem illam quandam vitam, beatamque ſignificet,& hunc viuendi vſum ſpirandiq; munus, cum beatæ vitæ gratia coniunctum, & quadam participatione permixtum demonſtrare videatur. hoc eſt enim vita viuere: virtute viuere,& beatæ vitæ actus habere in iſtius corporis vita, Contrà autem morte mori quid

Eze.8.

Gene.2.

est aliud, nisi cum morte corporis de formitatem significare morientis? cuius & caro communi viuendi munere defraudetur, & anima vitæ æternæ vsum habere non possit. Hæc Ambrosius: At vero vita corporis & mors eiusdem in eodem neutiquã simul inueniri possunt, neque etiam vita animæ & mors animæ. Primum siquidem pugnat cum secundo, & tertium cum quarto, ea sanè discrepantia & dissidio, vt nunquã eidem conuenire possunt eodem tempore. quemadmodum nequaquam simul idem aer lumine oppletur, & tenebris inhorrescit, neque eadem aqua feruorem caloris & algorem simul admittit vnquam. Vita demum corporis cum morte animæ coniuncta plerunque reperitur. vt in ijs qui spirandi exercent vsum, peccatorum tabe labefactati, Ita & mors corporis, cum animæ vita interdum conspirat & coincidit in eodem homine, vt cũ

quis

quis iustitiæ cultor & virtute ornatus, rebus humanis eripitur, & decedit ab hac luce. Porro has duas postremas connexiones facer Ambrosius in loco paulo ante citato his verbis significat: Est etiam, qui vita moritur, vt qui viuit corpore, sed actu moritur suo. Quales illi sunt, de quibus ait Propheta: Descendunt in infernum viuentes. Et illa, de qua Apostolus dicit, Quoniam viuens mortua est Quartum superest, q̃ sunt qui etiam morte viuunt, vt Martyres sancti, qui vtique moriuntur, vt viuant. Moritur caro, sed viuit gratia mortuorum. Ergo absit à nobis, vt participes mortis viuamus, sed contra, participes vitę moriamur. Sanctus enim nec vitę huius se vult esse participem, qui ait: Cupio dissolui, & esse cum CHRISTO. multo enim melius. Et alius. Heu me, q̃ incolatus meus prolongatus est. dolens vtique, cum consortia vitę spe-

Psal. 34.

1. Timo. 3.

Philip. 1.

Psal. 119

ret ęternę, iſtius vitę fragilitate ſe cõ tineri, Hęc ille. ¶ Itaq; vt paucis ante dicta perſtringamus, hęc quatuor cõ binationum collinimenta ex beati Ambroſij verbis iamcitatis deſumpta in hominibus eſt inuenire: vita viue re, morte mori, morte viuere, vita mo ri. Duo vero reliqua, quę extremorũ omnino inter ſe expoſitorum cõne xione conſtituerunt membra, vt pote viuere & mori ſecundum corpus, vi uere itidem & mori pariter ſecundũ animam: haudquaquã coaleſcere cõ pingiq; poſſunt, propter eorum quæ nectuntur pugnantiã & contrarieta tem. Sed & hęc omnia ſequens deſcri ptio oculari inſpectione protinus in dicat.



Perſpicuum eſt vtique ex hac qua-
tuor terminorum hic deſignatorum
comparatione mutua, ſex conſurge

recombinationes. Quarum quatuor quę à siniſtro in dextrum directè, aut ex tranſuerſo & ſecundum diametrum dicuntur, affirmatiue ſunt: duę vero reliquæ, quæ à ſuperiore loco in inferiorem ſibi ſubiectum ſumuntur, negatiuæ. Siquidem ſimul ſtant: & eidem vnà competere poſſunt, datorum extremorum primũ cum ſecundo, & tertium cum quarto primum etiã cum quarto, & ſecundũ cũ tertio. At pugnãt interſe omnino que diſſident: primum cum tertio, & ſecundum cum quarto. ¶ Verum, omiſſis duobus primis extremis, ꝙ minus noſtro conducãt inſtituto, reliqua duo conferamus adinuicem: illorumq; diſcrimen & diſcerniculum diſquiramus. Cõueniunt quidem inter ſe mors corporis & animę, interitus quód vtraque vitam ſibi oppoſitam perimit, enecat & corrumpit.

¶ Differunt autem, ꝙ mors corporis ſubſtantiam ipſius interimit, vertitq; in pu

in putredinem & puluerem. Animæ vero mors nequaquã deſtruit ipſius naturam, ſed bonã tantum habitudinem. Relinquit enim incolumem eius ſubſtantiam, quod ſit immortalis & perpetua. Natiuum autem decorem eius & gratiã ſpeciem tollit, reddens eam informem, elanguidam, & vitali ſuo vigore deſtitutam.

2 ¶ Rurſum, mors corporis naturalis eſt, & lege quadã ineluctabili, naturę inducta, quare & nolentibus & inuitis etiam accidit. Animæ vero mors, ſpontanea: & volũtarie à nobis aſciſcitur, ſponte noſtra peccato manus victas dantibus. quemadmodum in libro Sapientię teſtatur Salomon his verbis: Iuſtitia perpetua eſt & immortalis, iniuſtitia autẽ, mortis acquiſitio. Impij autem, manibus & verbis accerſierunt illam, & æſtimantes illã amicam, defluxerunt, & ſponſiones poſuerunt ad illam, quoniam morte digni ſunt, qui ſunt ex parte illius. Sapien. 1.

3 ¶Hanc ob rem, mors corporis vi tuperium & dedecus nulli infert: ſicut nec laudem per ſe cuiquã adñcit. Animę vero mors vitio datur, & vituperio dignum reddit hominem: quoniã in eius poteſtate conſtitum eſt, eam deuitare. 4 Inſuper, mors corporis in omnes proſerpit homines. Neque vllum ſua lege irrecuſabili eximit. Quis enim eſt homo, qui viuet, & non videbit mortem? Animæ vero mors non ita omnibus eſt communis, cum nonnullos inueniãs peccati prorſus immunes, & nulla eius contagione pollutos, vt Dominus noſter IESVS CHRISTVS, & beata virgo Maria ſanctiſſima mater, diuino indultu ab omni peccati colluuione libera & aliena. 5 Pręterea à morte corporis non ſit regreſſio ad vitam hãc ſenſibilem, ſecundum naturæ iura, ac vſum, etſi diuina virtute in pleriſque dirupta ſint vincula mortis, & vita

Pſal. 88.

more

mortalis reddita. Ab animæ vero morte fit diuinæ misericordiæ beneficio ad vitam spiritualem reditus, cum propulsatis vitijs, virtutum decor pristinus & ornatus, animæ restituitur. Et huiusmodi resipiscentia, sæpius durante huius vitæ curriculo potest repeti ac iterari. 6 ¶ Demum, à morte animę iam corpore solutæ, nunquam ad vitam eius est recursus. Consequitur enim eam mors gehennę: quę est mors secunda atque interminа. A morte vero corporis iam extincti & soluti in cineres, ad vitam etiam corporis, sed immortalem & perpetuam erit regressus in consummatione sęculi. Cum supernę vocis virtute & elanguente buccina suscitabuntur qui dormiũt in sepulchris, & rursum circundabũtur (vt ait Iob) quisque pelle sua.

7 ¶ Postremum, mors animę, corporis mortem primum innexit, in primorum parentum nostrorum transgressio Iob. 19.

greſſione, teſte beato Paulo Apoſtolo ad Romanos: Per vnum hominem (inquit) in hunc mundum intrauit peccatum, & per peccatum mors. At non ita mors corporis induxit vnquam, neque per ſe inducet animæ mortem. Si enim poſt tranſitum ex hoc mundo anima ſit æternę morti addicta, hic interitus non ex morte corporis proficiſcitur, ſed ex ſceleribus & flagitijs ante mortẽ corporis perpetratis.

Roma. 5.

¶ Mortem corporis non eſſe nobis formidandam, ſed expetendam potius, ob multa eius commoda. CAPVT. II.

EST & alia inter vtranq; mortem propoſitam differentia, q̃ animæ mors, malum eſt, ob annexam culpam letiferam, inferentem illi exitium & corruptelam, Mors vero corporis, haud quaquam malum eſt culpæq; labes. Etſi pœne malum eſſe teſte dicatur, ob

pri

primorum parentum præuaricatio-
nem nobis iuſte inflictum. Proin- Gene. 3.
de non eſt hæc iure formidanda aut
extimeſcenda viro prudenti, ſed con-
ſtanti & expectanda, & perferenda
animo, nulla gelidę mortis formidi-
ne attonito, quod ſequentibus ratio
nibus comprobare annitemur.

¶ Primum quidem: Quod ipſa no-
bis affert naturæ conditio, nequa-
quam eſt metuendum, cum ſit nati-
uum illud & aggenitum. At natu-
ræ noſtræ ſors & ratio, mortalita-
tem nobis ingerit & corruptibilita-
tem. Ea ſiquidem lege naſcimur in
hoc mundo, vt inde tandem emigre-
mus. Quodrite expreſſit Anaxago-
ras philoſophus. Qui, (vt author eſt
Valerius) audita morte filij ſui: Ni-
hil (inquit) inexpectatum aut nouũ
mihi nuntias, ego enim illum ex me
natum, ſciebam eſſe mortalem. Ita
(inquit) quiſque meminiſſe debet, i
rerum natura, & accipiendi ſpiritus

& red

& reddendi, eodem momento temporis legem dici, atque vt mori neminem solere, qui non vixerit, ita nec viuere aliquem quidem posse. qui nō sit moriturus. Hanc certè naturæ legem beatus Cyprianus contra Demetrianum eleganter & prę clare describit, hoc modo: Minuatur necesse est: quicquid fine iam ptoximo in occidua, & in extrema diuergit. Sic sol in occasu suo, radios minus claro & igneo splendore iaculatur. Sic declinante iam cursu, exolutis cornibus luna tenuatur: Et arbor quæ fuerat ante viridis & fertilis, arescentibus ramis fit postmodum sterili senectute deformis. Et fons qui exundantib⁹ prius venis largiter profluebat, senectute deficiens vix modico sudore distillat. Hæc sententia, mundo data est. Hæc Dei lex est, vt omnia orta occidant, & aucta senescant, vt infirmentur fortia, & magna minuantur, vt cum infirmata & diminuta

nuta fuerint, finiantur. Hæc Cyprianus 2 ¶ Rursum: Nulli timoremid iure debet incutere, quod ipsam naturæ legem & præscriptum sequitur ordinem: quoniã illud à Deo constitutum est & decretum. Inter ipsas autem naturæ leges ac sanctiones: hæc vna est: vnumquodque in ea resolui, ex quibus est formatum ac genitum. Enimuero nubes in aere pẽdulæ soluuntur in guttas roridas & pluuiales: quoniam ex aquis sunt productę, sublatis ex humero aqueo vaporibus sursumq; ductis: qui frigore concreti densantur in nubes. Et niuem atque glaciem liquescere in aquam omnib⁹ est perspectum, quod ex aquis ambo progignuntur & concrescunt. Et omnia quæ de terra sunt (inquit Ecclesiasticus) in terram conuertentur, & aquę omnes in mare conuertentur. Atqui homo ex limo terræ compactus est, si corpus attendas, & ergo in puluerem dissoluendus

Eccle. 40. & 41.

dus, secundum illam Dei sententiam in Adam, & totã eius posteritatem lata, vt reuertaris in terram, de qua
Gene.3. sumptus es, quoniam puluis es, & in puluerem reuerteris. Hanc igitur abitionem in puluerem per mortis exterminium Dei & naturæ legibus consentaneã, quis iure exhorruerit?

3 ¶Præterea, Quod omnibus eiusdem generis commune est, nulloque ingenio potest euitari, nemini debet ingerere formidinem. Sapientis enim non est id timere & deprecari, quod nulla via ac ratione potest euadere. Nam (este Cicerone in secunda quæstione Tusculana) qui id quod vitari non potest metuit, is viuere animo quieto nullo modo potest, Sed qui non modo quia necesse est mori, verum etiam quia nihil habet mors quod sit horrendum, mortem nõ timet, magnum is sibi præsidium ad beatam vitam comparat. Hęc Cicero: Mortis autem subeundæ lex,

omni

omnibus hominibus est eadem, neq; ab ea quispiam excipitur. Omnes enim morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertũtur. 2. Reg. 14.

Et statutum est hominibus semel mori, vt inquit Paulus. Deniq; vnus est introitus omnibus ad vitam: & similis exitus (vt ait Sapiens.) Hebr. 9. Sapient. 6.

Ecce ipse Dei filius Dominus & rex noster mortem subijt temporalem: cuitamen nõ erat obnoxius. Et nos tam molles & delicati sumus milites, quod detrectamus Dominum ea via sequi, per quã vniuersæ carni est subgrediundum. Mortis item iteringredi non recusauit totius mundi domina: reginaq; cœli, sacratissima virgo MARIA, & nos serui inutiles, eam comitari, eiusque vestigia subsequi refugimus, quinimo ipsum mortis nomen palli di exhorrescimus. Quid putas o homo, maledicti protoplastorum hares, peccatiq; soboles, mortis euadere spicula: cum videas & CHRI-

STVM benedictum in sæcula, & sacrosanctam eius matrem immunes à peccato & maledicto Adæ, eam pertulisse? Neq; regia sceptra quempiam aut arma bellica, non gaze Persicæ, non opes Attalicæ, nec robur giganteum: reddet à mortis lege exemptũ. Nam vt præclare canit Boetius:

Mors spernit altam gloriam,
Boetius. Inuoluit hũile pariter & celsũ caput
Aequatque summis infima.

Cui accedit & Horatius: dicens,

Horatius. Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas:
Regumq; turres.

Consonat illis, hoc memorabile distichon,

Mors dominos seruis, & sceptra ligonibus æquat,

Dissimiles simili conditione trahẽs,

Et maximũ solatiũ est (inquit Seneca) cogitare id sibi accidisse, quod ante se passi sunt omnes, & post se omnes passuri. Et ideo videtur rerũ natura

tura quod grauissimũ fecit, cõmune feciſſe, vt crudelitatem fati conſolaretur æqualitas. Idem quoq; in epiſtolis, Quis (inquit) queri poteſt in ea cõditione ſe eſſe, in qua nemo non eſt? Non igitur à viro prudente metuenda eſt mors: ſed quanam ratione perferri debeat & ſubiri, maturè proſpiciendum. vt cum venerit illius hora interriti illi occurramus. 4 ¶ Ad hęc: Quod grauibus ærumnis & calamitatibus nos eripit, nõ modo expaueſcendũ nõ eſt, ſed & votis ardentibus exquirendũ. In huius autẽ vitę incolatu, quot miſeriis & duris caſibus ſubiecta eſt noſtra conditio: vix quiſquã verbis cõſequi queat. quandoquidem vbiq; luctus, vbiq; dolor, & plurima mortis imago, vt ait Virgilius. Et Eccleſiaſticus graues amari tudines quibus vita noſtra reſpergit enumerãs inquit: Occupatio magna creata eſt omnibus hominibus, et graue iugum ſuper filios Adam: à die exitus Eccle. 4.

exitus de ventre matris eorum vsq; in diem sepulturę in matrem omniũ. Cogitationes eorum & timores cordis, adinuentiones expectationis, & dies finitionis: à præsidente super sedem glorioſam, vsq; ad humiliatum in terra & cinerem: ab eo qui vtitur hyacinto, & portat coronam, vsque ad eum qui cooperitur lino crudo. Furor, zelus, tumultus, fluctuatio & timor mortis, iracundia, perseuerans & contentio. Et in tempore refectionis in cubili, somnus noctis immutat scientiam eius. Et paulò post idem ait: Ad hęc, mors, sanguis, contentio & romphea, oppressiones & fames contritio & flagella. Consonat illi Ecclesiastes, particulam vnam humanæ miserię, his verbis complectens: Verti me ad alia, & vidi calumnias quæ sub sole geruntur, & lachrymas innocentium, & neminem consolatorem. nec posse resistere eorem violentiæ: cunctorum auxilio destitutos. Et lau-

Eccle. 4.

dauí

dauí magis mortuos quàm viuentes & feliciorem vtroque iudicaui q nec dū natus est, nec vidit mala quæ sub sole fiunt. Et alio loco idem considerationē malorum & incommodorum huius vitæ attonitus: ait, Melior est dies mortis, die natiuitatis: & melius est ire ad domum luctus, quã ad domum conuiuij. In illa enim, finis cūctorum ammouetur hominū: & viuens cogitat quid futurum sit. Atqui mors ipsa finem imponit diris casibus, auersisq; rebus: quibus hæc vita premitur. quemadmodum dicit Isodorus, Mors (inquit) calamitatis terminum præbet, omnem calamitatem mors adimit. Et Sallustius in bello Catilinario, In luctu atque miseriis mortem ærumnarum requiem: nō cruciatū esse duco. Potiꝰ igitur expetenda mors est, tantorum finis & meta malorum: quàm trepido animo metuenda. ¶ Insuper: Quis timẽdum id iure censeat, quod animam Ecclc. 7.

nostram variis eruit periculis tentationum: quod eam eximit mille perditionis discriminibus, in quibus versantur homines quandiu vitã agũt? Tantum autem munus & beneficium præstat homini mors, & insultribus hostiũ in animæ perniciem statũens terminũ, & prolapsui in peccatũ. Sanè quantalibet sanctitate polleat homo vitam hanc degens: nunquam securus est & tutus, quod amplius in vitium non proruet, quod culmine perfectionis (quod assiduo virtutis vsu conscendit) non excidet nisi in ipso mortis articulo, quæ sola hanc præstat securitatem & certitudinem. Vt non omnino absurda censeatur illa Solonis sententia, à Nasone eleganter decantata.

Ouidius,

Sed scilicet vltima semper
Expectãda dies hoĩ est, dicíq; beatus
Ante obitum nemo, supremaq; funera debet.

Eccle. 11.

Idcirco vetuit Ecclesiasticus añ mortem

em quempiã hominẽ laudari, quod
ncert⁹ sit eius exitus, bonusne an mi
erfuturus. Peracto vero totius vitæ
ursu, & fœliciter expleto: iam con-
ummata & solida est eius laudatio,
am verũ præconium, quod bene bea
ęq; vitã confecerit. Tũc em integra
nauis & incolumis in portũ est sub-
ducta. 6 ¶ Rursus: Quis sęuos affe
ctuũ nostrorũ turbines & impetus,
quibus quotidie quatimur: satis enu
merauerit? quis voluptatum blanditi
as & cętera malorũ irritamenta, qui-
bus inescamur, omnino deprompse-
rit? vt non immerito à beato Iob di- Iob. 7.
ctũ existimari debeat, quod militia est
vita hominis super terrã. His autem
vniuersis laqueis, retibus & tendicu-
is, mors ipsa finẽ cõstituit, claudit q;
duros nostri in hac palęstra & hare-
na conflictus sudores. Porro miles
acer armis & manu promptus, ma-
gnopere exoptat consummatam vi-
ctoriam, & celebres ex hostic trium-

phos gaudetq; impensius, cum adesse cognoscit diem & horam, qua finiantur duri certamina Martis, & pax tranquilla quietem optatam tribuat Cur igitur nosipsi horã illam mortis deprecamur, exhorremus & refugimus, qua belli cum hostibus animę conquiescat furor, & nobis amplius non adblandiatur mundus, & caro, nec suis illecebris ad mala nos pelliceat ac titillet? 7 ¶ Adde q̃ grata est nauigantibus post sæuas tempestates in portum nauis subductio iucunda, peregrinantibus post iter emensum in patrios lares regressio. exilio damnatis optatissimus est in natale solum longo postliminio reditus, & mercenarijs post exanclatos labores expectatissima quies, mercedisq; perceptio. Mors autem ab huius vitæ mari procelloso, nos in tranquillam alterius vitæ stationem traducit, sicut Cato apud Ciceronem in libro de senectute dicit: Mihi quidam

dem tam iucunda senectus, vt quo propius ad mortem accedam: quasi terram videar videre, aliquando in portum ex longa nauigatione esse venturus. Eadem post longam peregrinationem, nos in propriam reducit domum. Non enim habemus hic manentem ciuitatem: sed futuram inquirimus, vt ad Hebræos scribit Paulus. Et apud Ciceronem in libro de senectute inquit Cato. Et ex vita ista discedo tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo. Commorandi enim natura diuersorium nobis, nō habitandi dedit. Mortis enim beneficio, reuocamur ab exilio in patriam & expleto labore diuturno, vocamur ad præmium. Amodo enim iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos. Est igitur in bonorum numero reponenda mors: quæ tantis bonis nos cumulat atque locupletat. 8 Denique mira sanctitate

Hebr. 13.

Apoc. 14.

consp̃icui viri virtutéque clarissimi mortem exoptasse, vt transitũ ad melioris vitæ sortẽ, dinoscuntut, vt deiloquus Paulus scribens ad Philippenses: Mihi viuere Christus est, & mori lucrum, Et rursum ibidem, Desiderium habens dissolui & esse cum Christo multo magis melius. Propheta etiam in psalmo huius vitæ diutinã morã perosus, ait: Heu me, quia incolatus meus prolongatus est. Et iterũ Sicut ceruꝰ desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Deiꝰ Sanctitate quoq; celebres ac insignes viri, diẽ natiuitatis suę secundum carnem, vt introitum ad huius mundi miserias, maledictis incessere visi sunt, & tanq̃ infaustum execrari. vt Sanctus Iob, cum ait : Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo. Dies illa vertatur

Philip. 1.

Psal. 119.

Psal. 41.

Iob. 3.

in tenẽ

tenebras. Nec non & Hieremias,
ens: Maledicta dies, in qua natus Hiere.20
n: dies in qua peperit me mater
a, non sit benedicta. Est igitur
ors in bonis ducenda, minimeq;
rmidanda.

Testimonio Beati Cypriani, mor-
tem malum non esse, neq; à viro
prudente formidari debere.

CAP. III.

Redibilius autem fiet quod
modo propositum est, si proba
torum quoque authorum suf-
lciatur testimonio: & in primis
ati Cypriani, doctrinæ sacræ splen
ore ac martyrij titulo clarissimi,
ui in sermone suo de mortalitate
que grauiter & præclarè exhorta-
ur fideles ad desiderium relinquen-
i hanc vitam transitoriam, amo-
cœlestis & æternæ vitæ) multifa-
am comprobat, mortem inter ma
non esse numerandam, sed in bono
um consortio reponi debere.

Cuius

Cuius aliquot rationes paucis hic constringentur: & illis verba ipsius continuo subnectentur, rationes ipsas complectentia. ¶Primum quidem, transitus ex hoc mundo, appropinquatio est ad regnum cœlorum, imo in ipsum ingressus ac introitus Quoniam igitur per mortem ad CHRISTVM vocamur, accersimurq; ab ipso ad cœlestis præmij perceptionem, nequaquam aut trepidare debemus, aut mortem tanquã malum auersari. Cyprianus. Regnũ Dei, fratres dilectissimi, esse cœpit in proximo, prẽmium vitæ, & gaudiũ salutis æternę, & perpetua lætitia, & possessio paradisi nuper amissa, mundo transeunte iam veniunt: iam terrenis cœlestia, & magna paruis, & caducis æterna succedunt. Quis hiç anxieratis & solicitus finis locus est? quis inter hæc trepidus & mœstus est? nisi cui spes & fides deest? Eius est enim mortem timere, qui

ad CHRI-

CHRISTVM nolit ire. Eius
ad CHRISTVM nolle ire, qui se
n credit cum CHRISTO incipe
regnare. Scriptum est enim, iu- Abacuc. 2.
m fide viuere. Si iustus es & fide
is, si verè in Deum credis, cur nō
n CHRISTO futurus & de Do-
ni pollicitatione securus, quòd ad
HRISTVM voceris amplecte
& quod zabulo careas gratularis?
¶ Vera pax & placida quies (quã
id dubiè cupiunt omnes) tunc pri
m habetur, quando decurso vitæ
sentis & mortalis spatio, ad im-
rtalis vitę transitur consortium.
ommunionem. Mors igitur, quæ
ic præstat transitum, neq; maluin
ari debet, neq; trepido animo for
lari, Cyprianus: Symeon denique
iustus, qui vere iustus fuit, qui fi-
lena Dei præcepta seruauit: cum
iuinitus responsum fuisset, quòd
n antè moreretur, quàm CHRI-
VM vidisset, & CHRISTVS

infans

Infans in templum cum matre venisset, agnouit in spiritu natũ esse iã Christũ, de quo sibi fuerat ante prædictũ, quo viso, sciuit cito se esse moriturũ. Lætus itaq; de morte iam proxima, & de vicina accersione securus accepit in manibus puerum, & benedicens Deum exclamauit & dixit, Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. quoniam viderunt oculi mei salutare tuum. probans scilicet & contestans, tunc esse seruis Dei pacem, tunc liberam & tranquillam quietem, quando de istis mundi turbinibus extracti, sedis & securitatis æternæ portum petimus: quando expuncta hac morte, ad immortalitatẽ venimus. Illa est enim nostra pax, illa fida tranquillitas, illa stabilis & firma & perpetua securitas. ¶ In hac vita perpetuum bellũ vitijs à nobis est indicendum: quæ nos denso agmine multipliciter & assidue oppugnant

Lucæ. 2.

gnant, Neque ab hoc certamine
la nobis datur respiratio aut quies
si per mortem, quæ sola dissoluit
n grauem conflictationem, præli-
nq; nostrum cum peccatorum mõ
is dirimit: Est igitur mors, homi-
benefica, atq; merito exoptanda.
yprianus: Cæterum quid aliud in
undo, quàm pugna aduersus dia-
olum, quotidie geritur? q̃ aduersus
cula & tela, conflictationibus assi-
is dimicatur? Cum auaritia nobis,
m impudicitia, cum ira, cum ama-
tione, congressio est, cum carnali-
us vitijs, cum illecebris sæculari-
us, assidua & iugis & molesta lu-
atio est. Obsessa mens hominis, &
ndique zabuli infestatione valla-
: vix occurrit singulis, vix resistit.
auaritia prostrata est, exurgit libi-
o. Si libido compressa est, succedit
nbitio. Si ambitio contempta est,
a exasperat, inflat superbia, vino-
ntia inuitat, inuidia concordiam
rumpit

rumpit, amicitiam zelus abscindit.
Roma.12. Cogeris maledicere, quod lex diui-
Matt.5. na prohibet, compelleris iurare, quod
non licet. Tot persecutiones ani-
mus quotidie patitur, tot periculis
pectus vrgetur, & delectat hic inter
zabuli gladios diu stare, cum magis
concupiscendum sit & optandum
ad CHRISTVM subueniente
velocius morte properare,

4 ¶Mundus iste, miseriarum plen⁹
& calamitatum, lachrymarum & fle-
tus materiam quotidie fere nobis ob
iiciens. Mortis autem interuentu &
beneficio, dolori succedit gaudiũ, &
mœrori lætitia, nullo vnquam fine
interitura. Esi igitur expetenda potiꝰ
us mors, q̃ metuenda, quæ nos in per
petuã transferat lętitiam. Cyprianus.
Quàm optandum sit, ad C H R I-
STVM, subueniente velocius mor-
te properare, ipse nos CHRISTVS
Ioan.16. instruit & dicit. Amen, amen dico vo
bis, quoniã vos plorabitis & plange-
tis ſęcu

s,ſęculum autẽ g audebit,vos tri-
cs eritis,ſed triſtitia veſtra in lęti
ã veniet. Quis non ad lætitiã ve-
ire feſtinet? Quis non triſtitia ca
ere optet? Quãdo autem in lætitiã
eniat noſtra triſtitia, Dominus de
uo ipſe declarat,dicens:Iterum vi-
ebo vos,& gaudebit cor veſtrum: Ioan.16.
gaudium veſtrum nemo tollet a
obis. Cum ergo videre Chriſtum
audere ſit:nec poſſit eſſe gaudium
oſtrum, niſi cum viderimus Chri
um:quæ cæcitas animi,quæve de-
ientia eſt,amare preſſuras & pœnas
lachrymas mundi, & non feſtina-
e potius ad gaudium, quod nunq̃
oſſit auferri? Hoc autem fit fratres
ilectiſſimi,quia fides deeſt, quia ne-
no credit vera eſſe,quę promittit de
s qui verax eſt:cuius ſermo creden
ibus æternus & firmus eſt. Si tibi
vir grauis & laudabilis aliquid polli
eretur,haberes vtiq; pollicenti fidẽ
nec te falli nec decipi ab eo crederes,

quem stare in sermonibus atque in actibus suis scires. Nunc DEVS tecum loquitur, & tu mente incredula perfidus fluctuas? DEVS tibi de hoc mundo recedenti immortalitatem pollicetur atq; æternitatem, & tu dubitas? Hoc est, Deum omnino non nosse. Hoc est, Christum credentium magistrũ, peccato incredulitatis offendere. Hoc est, in ecclesia constitutum, fidem in domo fidei nõ habere. 5 ¶ Quod omnibus eiusdem generis commune est, non debet cuiquam illius cœtus molestum aut acerbum videri. Mortis igitur perpessio, à qua nemo mortaliũ excipitur, nulli grauis aut onerosa censenda est q̃ vniuersos ambiat atque cõplectatur homines, ipsa mortalitatis sors atque conditio. Quare iniusta censeri debet illa Christianorum expostulatio, qua cõquererẽtur sibi mortem cũ infidelibus esse communem, neque se meliore esse sorte & loco

loco quod serui dei sint, q̃ illi, nã mortalitas non religionis, sed vniuersitatis hominũ est conditio. Cyprianus: Monet quosdã quod sit nobiscum cęteris mortalitas ista cõmunis. Quid enim nobis in hoc mundo nõ commune cum cæteris, quandiu adhuc secundum legem primæ natiuitatis manet caro ista communis? Quoad usque istic in mundo sumus, cum genere humano carnis æqualitate coniungimur, spiritu separamur. Itaque 1. Cor. 15. donec corruptiuum illud induat incorruptionem, & mortale hoc accipiat immortalitatem, & spiritus nos perducat ad Deum patrem: quæcũq; sunt carnis incommoda, sunt nobis cum humano genere communia. Sic cũ flatu sterili terra ieiuna est, neminem fames separat. Sic cum incursione hostili ciuitas aliqua possessa est, oẽs simul captiuitas vastat. Et quando imbres nubilas serena longa suspendunt, omnibus siccitas vna est.

Et cum nauem scopulosa saxa confringunt, nauigantibus naufragium sine exceptione cõmune est. Et oculorum dolor & impetus febrium, & omnium valetudo membrorum, cũ cęteris, cõmunis est nobis, quandiu portatur in sæculo caro ista communis.

6 ¶ Metuenda quidem illis mors est q hic prauã duxerunt vitam, & post mortem corporis rapiuntur ad ęternum interitum. Illis vero qui fidem Christi integre sunt professi, operesque eãdem comprobarunt, minime formidanda est, q via sit ipsis ad vitã perpetuam & interminabilem. Cyprianus, Mori plane timeat: sed qui ex aqua & spiritu non renatus, gehẽnæ igni mancipatur. Mori timeat, qui non Christi cruce & passione cẽsetur, Mori timeat, qui ad secundam mortem de hac morte transibit. Mori timeat, quem de sęculo recedentem perennibus pœnis ęterna flammator quebit. Mori timeat, cui hoc mora

longio

longiore confertur, vt cruciatus eius & gemitus interim differatur Multi ex nostris in hac mortalitate moriũtur, hoc est, multi ex nostris de sæculo liberantur. Mortalitas ista, vt Iudæis & gentibus & Christi hostibus pestis est: ita Dei seruis salutaris excessus est. Hoc quod sine vllo discrimine generis humani, cum iniustis & iusti moriuntur: nõ est q̃ putetis, bonis & malis interitum esse communem, ad refrigerium iusti vocantur, ad supplicium rapiuntur iniusti, datur velocius tutela fidentibus, perfidis pœna. 7 ¶Per mortis cõpendium & celerem è vita excessum, multi euadunt grauia pericula, cum corporis, tum animæ: in quę inciderẽt si diuturnior ipsis vita supereſſet. Nẽpe lõgior ætas, graues ęrumnas multis adfert. Est igitur magni beneficij loco habenda mors, & maiorem in modum commendãda, quod adeo vtilis sit nobis & fructuosa, adeo

munifica, tantorumq; largitrix bonorum. Cyprianus: Improuidi & ingrati sumus, fratres dilectissimi, ad diuina beneficia, nec quid nobis conferatur agnoscimus. Excedunt ecce in pace, tutę cum gloria sua virgines venientis Antichristi minas & corruptelas & lupanaria non timentes. Pueri periculum lubricę ætatis euadunt, ad continentiæ atq; innocentię præmium feliciter perueniunt. Tormenta iam non timet delicata matrona, metum persequutionis, & manus cruciatusq; carnificis, moriēdi celeritate lucrata, Pauore mortalitatis & temporis accendūtur trepidi, cōstringuntur remissi, excitātur ignaui. Desertores cōpelluntur vt redeant, gentiles coguntur vt credant. Vetus fidelium populus ad quietem vocatur, ad aciem recens & copiosus exercitus robore fortiore colligitur, pugnaturus sine metu mortis, cum prælio venerit, qui ad militiā tempore mortali.

alitatis accedit. 8 ¶Mors ipsa cor
poris: transitus quidã est ad vitã sem
piternam, quæ huic temporarię vitæ
non potest succedere, nisi prius inter
uenięte morte soluatur anima à cor-
pore. Ergo mors, cum sit via com-
pendiaria & necessaria ad immorta-
litatem, non est repudianda, sed liben-
ter amplectenda. Cyprianus: Quòd
interim morimur, ad immortalitatẽ
morte transgredimur, nec potest vi-
ta æterna succedere, nisi hinc conti-
gerit exire. Nõ est exitus, sed transit?
& temporali itinere decurso, ad æter-
na transgressus. Quis nõ ad meliora
festinet? Quis nõ mutari & reforma-
ri ad CHRISTI speciem, & ad
cœlestis gratiæ dignitatem venire ci
tius exoptet? Paulo Apostolo prędi-
cãte, Nostra autẽ cõuersatio (inquit) Philip. 3.
in cœlis est. Vnde & Dominum expe
ctamus IESVM Christũ, qui trans-
formabit corpus humilitatis nostræ
configuratum corpori claritatis suę.

9 ¶Iubet Christus mundum à nobis sperni & cõtemni debere, quoniã nos (si Dei sumus) odio prosequitur. Si igitur inuiti & reluctãtes hinc per mortem discedimus, id certe iudicio est, nos mundi illecebris & oblectamentis teneri, quare & à Deo procul elongaros esse: quoniam non possumus simul Deo seruire & mundo.

Matt.6.

Cyprianus: Eius est in mundo diu velle manere, quem mundus oblectat, quem sęculum blãdiens atq; decipiens, illecebris terrenę voluptatis

Ioan.15.

inuitat. Porro cum mundus oderit Christianum, quid amas eum qui te odit, & non magis requeris Christum qui te redemit & diligit? Ioannes in epistola sua clãmat & loquitur, & ne carnalia desideria, sectãtes mundum diligamus, hortatur: Nolite (inquit)

Ioan.2.

diligere mundũ, neq; ea quę in mundo sunt. Si quis dilexerit mundum, non est charitas patris in illo, quia omne quod in mundo est, concupiscentia

ſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ambitio mundi: quæ non eſt à patre, ſed ex concupiſcentia mundi, & mundus tranſibit, & concupiſcentia eius, qui autem fecerit voluntatem Dei, manet in ęternũ 10 ¶ Vnuſquiſque hominum vere id ideo dicere poſſit, quod dicit Prophe ta in pſalmo: Aduena ego ſum apud te & peregrinus ſicut omnes patres mei. Atqui peregrinus ſummopere Pſal. 38. exoptat, confecto ſuo itinere, in propriam regredi domum, à quo diutius abfuit. Debemus igitur & nos per mortis tranſitum ad cœleſtem patriã aſpirare, & non exhorreſcere mortẽ, quæ nos reduces in ipſa collocet. Cyprianus', Amplectamur diem, qui aſſignat ſingulos domicilio ſuo, qui nos iſtinc ereptos & laqueis ſæculoribus exutos: paradiſo reſtituit & regno cœleſti. Quis non peregre conſtitutus, properet in patriam regredi? Quis non ad ſuos nauigare

festinans, ventum prosperum cupidius optaret, vt velociter charos liceret amplecti? Patriam nostram paradisum cõputamus. Parentes nostros patriarchas habere iam cœpimus. Quid nõ properamus & currimus vt patriã nostram videre, vt parẽtes salutare possimus? Magnus illic nos charorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum frequens nos & copiosa turba desiderat: iam de sua incolumitate secura, adhuc de nostra incolumitate sollicita. Ad horum conspectum & complexum venire, quanta & illis & nobis in commune lætitia est? Qualis illic cœlestium regnorũ voluptas sine timore moriendi, & cum ęternitate viuendi? ũ summa & perpetua fœlicitas? Hæc Cyprianus. Ex cuius sermone iam antè nominato, cõplures aliæ colligi possunt rationes, mortem nõ esse timendam comprobantes. Sed satius est, lectores fontem ipsum accedant,

& ple-

& pleno illius hauſtu ſe proluant lõ-
geſuauiorem aquam in eius fœcun-
do fluento, quàm in deductis inde ri
uulis libaturi.

¶ Authoritate etiam beati Am-
broſij, mortem non eſſe malum
oſtendi, ſed in bonorum numero
habendam eſſe.

CAPVT IIII.

ACcedat ſuperiori teſtimonio & alius teſtis, eiuſdemque rei probatiſſimus aſſertor, beatus pater Ambroſius, qui in libro ſuo de bono mortis inſcripto, plurifariã contendit mortem ipſam corporis bonum eſſe, tantum abeſt, vt eam admittat aut eſſe malum, aut timeri debere. Ex cuius ſententia rationes aliquot breuibus ac paucis conſtringemus, deinde eius verba ex dicto depromptа libro, rationes illas inſinuantia, ſubijciemus eodem prorſus ordine, quo in prꝫcedẽti capite vſi ſumꝰ

¶ Pri-

Primo, multis amaritudinibus & doloribus referta est hæc vita, q̃ morte finiuntur & accipiunt terminum Mors ergo bonum. Ambrosius. Mors ipsa cum absoluat omnes, paucos delectat. Sed non hoc mortis est vitium, sed nostræ infirmitatis: qui voluptate corporis & delectatione vitæ huius capimur, & cursum hunc consummare trepidamus, in quo plꝰ amaritudinis q̃ voluptatis est, An non sancti & sapientes viri, qui longæuitatem peregrinationis huius ingemiscebant, dissolui & cum Christo esse pulchrius æstimantes? Denique diem generationis suæ execrabantur, sicut ille qui ait: Pereat dies illa, in qua natus sum, Quid enim est quod hæc vita delectat, plena ærumnarum & solicitudinum? in qua innumeræ calumniç & multæ molestiæ, & multæ lachrymç eorum, qui molestiꝰ afflictantur, & non est (inquit) qui eos consoletur. Et ideo

Philip. 1.

Iob 3.

laudat

laudat Ecclesiastes defunctos magis q̃ viuentes, Et optimus (inquit) supra hos, qui nondum natus est, qui non vidit hoc malum, 2 ¶Immode Eccle. 4.
ratis plura quàm par sit habendi cupiditatibus repleta est præsens vita, quibus tanquã graui onere premitur eo autem fasce mors ipsa non exonerat & leuat. Est igitur ipsa bonorum numero adscribenda. Ambrosius. Quid enim boni est homini in hac vita, qui in vmbra viuit, nec expleri potest cupiditatibus suis? Et si repleatur diutius, fructum quietis amittit, quia cogitur custodire, quod misera auiditate quæsierit: vt miserius eas possideat, cui prodesse non poterunt. Quid enim miserius, q̃ vt custodia torqueat, quarũ abundantia nihil prosit? Itaque si plena oneris vita, vtique finis eius alleuamentum. Alleuamentum autem bonum: mors autem, finis mors igitur bonũ est. 3 ¶Anima rationalis

vinculo

vinculo corporis, quasi captiua tenetur, suspirans ad assequendam libertatem, persolutionem à carcere. Hæc autem vincula dirumpit mors, & compedibus carnis animam exuit. Igitur ipsa bonum censeri debet.

Ambrosius: Symeon iustus postquam suscepit puerum IESVM manibus suis, dixit: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundũ verbum tuum in pace: quasi necessitate quadam teneretur in hac vita, nõ voluntate. Itaque dimitti petit: quasi à vinculis quibusdam ad libertatem festinaret. Sunt enim velut vincula quædã corporis huius: & quod est grauius, vincula tentationum quæ nos alligant, & ad iniuriam captiuitatis astringunt quadam lege peccati. Denique in exitu ipso videmus, quemadmodum anima decedentis paulatim soluat se vinculis carnis, & ore emissa euolet, tanquam carcereo corporis huius exuta gurgustio.

¶Præ

4 ¶Præsens vita quasi peregrinatio quædã est, quam finit ipsa mors, perducens ad optimam patriam. Est igitur bonis annumerãda mors. Ambrosius: Denique festinabat etiam sanctus Dauid de hoc loco peregrinationis exire dicens: Aduena ego sum apud te in terra, & peregrinus sicut omnes patres mei. Et ideo tanquã peregrinus, ad illã sanctorũ communem omnem patriã festinabat, petens pro huius cõmorationis inquinamento remitti sibi peccata, priusquam discederet de vita. Quienim hic nõ acceperit remissionem peccatorum, illic nõ erit. Ideoq; dicit. Remitte mihi vt refrigerer, priusquam abeã, & amplius non ero. 5 ¶Quo diuturnior nobis in hac vita est mora, eo maior peccatorum accumulatio & congeries aggrauat corda nostra. Mors igitur aggrauat peccatis adiici peccata, & hũc finem noxium abrumpens, bonum est, Ambrosius:

Psal. 38.

Psal. 38.

Quid

Quid tantopere vitam istam desideramus, in qua, quanto quis diutius fuerit, tanto maiore oneratur sarcina peccatorum? Ipse Dominus ait: Mat. 6. Sufficit diei malitia sua. Et Iacob Gene. 47. dixit: Dies annorum vitæ meę quos habeo, centum triginta, minimi & mali. Non quia dies mali, sed quia nobis accessu dierum malitiæ incrementa cumulantur. Nullus enim dies sine nostro peccato præterit.

6 ¶ Cum rex iubet è statione discedere militem, & alium in locum commigrare: parendũ illi est, & obedientia meritum habet. Mors igitur quæ iubẽte Domino emigratio quædã est de malorum numero censenda non est, sed hilariter & prompte subeunda. Ambrosius: Christus, Rex noster est, & ideo quod rex iubet, deserere non possumus & contemnere. Quantos imperator terræ huius, in peregrinis locis, aut honoris specie, aut muneris alicuius caussa, iubet degere-

gere, nunquid hi inconsulto impera tore discedunt? Et quanto amplius est diuinis parere, quam humanis?

7 ¶Beatus Paulus, mori sibi lucrum existimauit, cum ait ad Philippēses: Mihi viuere Christus est, & mori lucrum. Mors igitur à sapiente viro & prudente inter bona computari debet & haberi. Ambrosius: Viuere sancto Paulo Christus est, & mori lucrum. Quasi seruus enim non refugit vitæ obsequium, & quasi sapiens lucrum mortis amplectitur. Lucrum est, euasisse incrementa peccati. Lucrū fugisse deteriora, & ad meliora transisse. Et addidit, Dissolui & cum Christo esse, multo enim melius. permanere autem in carne, magis necessarium propter vos, Aliud melius, aliud necessarium. Necessarium, propter fructum operis: melius propter gratiam & copulam Christi. Philip. 1. Ibidem.

8 ¶Præsens vita tentationū laqueis est refertissima, qui per mortem con

tẽruntur & dissoluuntur. vt liberi clamare possint sancti post mortem.
Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Non est igitur mors ipsa malum. Ambrosius: Quid est aliud hæc vita, nisi plena laqueorum? Inter laqueos ambulamus, inter plurimas versamur tentationes, vt ait beatus Iob: Nunquid non tentatio est vita hominis in terra? Bene addidit, in terra: quia est vita hominis & in cœlo.

¶ Variis perturbationum fluctibꝰ aguntur homines in hac vita, & in stabilitate continua fluctuant, ob diuersos affectus quibus iactantur. Per mortem vero, sedãtur & conquiescũt graues istæ tempestates. Mors igitur bonum. Ambrosius: Hominis habitatio in luteis domibus & ipsa vita in luto, nulla formitudo sententiæ nulla constantia. In die nox desideratur, in nocte quies quæritur. Ante escam gemitus, inter cibos fletus, lachrymæ, dolores, timores, solicitudines

Psal. 113.

Iob. 7.

dines. Nulla requies à perturbationibus, nulla à laboribus reclinatio, iræ & indignationis motus horridior. Pleriq; cupiunt mortem, & non impetrant: si autem impetrauerint, gratulantur, quia sola est mors, requies viro. 10 ¶ Mors ipsi animæ nullum adimit suum bonum, quinimo præstat facultatem, vt exonerata mole carnis, melius suo perfruantur bono & expeditius suas exerceat functiones: Est igitur mors in bonorum numero reponenda. Ambrosius, Cum autem manet post mortem vita atq; anima, manet bonũ, nec morte amittitur, sed augescit, nec vllo impedimento morris retardatur anima sed operatur magis, quia operatur q̃ sua sunt, sine vlla societate corporis: quod animæ maiori oneri, q̃ vsui est Quid igitur mali est animæ, quæ puritatem suam custodierit, & virtutum disciplinam seruauerit? Aut si non seruauerit, non mors malum, Sapient. 9

sed vita, quia vita non fuit. Quæ enim est vita, vitijs peccatisq; obsita?

11 ¶Inter carnem & spiritum assidua est pugna, quam sola mors dirimit. In tota itidem hac vita periculosa est nauigatio, sed nostram nauē ad portus tranquillitatem mors deducit. Est igitur ipsa de numero expetendorum. Ambrosius: Omnifariam igitur mors est bonum: & quia compugnātia diuidit, ne se inuicem impugnent: & quia portus quidam est eorum, qui magno vitæ istius iactati salo: fide quietis stationem requirunt, & quia deteriorem statum non efficit, sed qualem in singulis inuenerit, talē iudicio futuro reseruat: & quiete ipsa fouet, & præsentium inuidię subducit: & futurorum expectatione componit. 12 ¶Mors ipsa neq; naturę finis est: quoniam anima post mortē est superstes, & expers interitus neque omnino finis vitæ, quoniam per resurrectionē vita immor

mortalis corpori redditur, sed solũ fi
nis peccati, quoniam in morte homi
nes peccare desinunt. Non est igitur
mors inter mala connumeranda.
Ambrosius: Accedit eó q fruſtra ho
mines mortem timent, quasi finem
naturæ. Nam si recolamus q Deus
mortem non fecerit : sed postquam Sapiens.
homo lapsus in flagitium est, prę ua-
ricationis & fraudis sententiã cõpre-
henderit, vt in terram suam terra re- Gene.3.
mearet, inueniemus mortem finem
esse peccati, ne quo esset vita diutur-
nior, eo fieret culpa numerosior.
Passus est igitur Dominus subintra-
re mortem, vt culpa cessaret. Sed ne
iterũ naturæ finis esset in morte, data
est resurrectio mortuorũ, vt per mor
tem culpa deficeret, per resurrectio-
nem autem perpetuaretur natura.
13 ¶Mors ipsa transitus quidã est à
deteriore conditione ad meliorẽ, à la-
bore ad quietem, à pugna ad trium-
phum, à sudore ad præmium. Nihil

Igitur ipsa habet, ob quod mala dici debeat aut possit. Ambrosius: Itaque mors hęc, transitus vniuersorum est Opus est, vt constãter transeas. Trãsitur autem á corruptione ad incorruptionem, à mortalitate ad immortalitatem, à perturbatione ad tranquillitatem. Non igitur nomen te mortis offendat, sed boni transitus beneficia delectent. Quid enim mors, nisi sepultura vitiorũ, virtutũ suscitatio?

14 ¶ Mors sola, hoiem tuto laudari sinit: quoniam per totam vitã lapsui in peccatũ est obnoxius. Ante mortẽ (inquit Sapiens) ne laudes hominem quenquam. Igitur vt virtutum consummatio & meta bonorum operũ, ipsa est bonum. Ambrosius: Si laudari anté gubernator nõ potest quã in portum nauem deduxerit, quomodo laudabis hominem, priusquam in statione mortis successerit? Et ipse sui est gubernator, ipse vitæ huius in statur profundo. Quandiu in salo

Eccle. 11.

sto, tamdiu inter naufragia. Dux ipse nisi confecto prelio non sumit lauream, nec miles arma deponit, nec stipendij mercedem adipiscitur, nisi hoste superato, Mors igitur stipendiorum plenitudo, summa mercedis, gratia missionis est. ¶ Per mortem corpus ipsum, quod animã infestauerat, in puluerem resoluitur, non amplius illi aduersum futurum. Anima vero soluta nexu corporis, iam liberior in cœlum attollitur, Deoque propinquius hærẽt. Nihil igitur est, ob quod mortem damnemus, aut mali nomine censeamus. Ambrosius: Quis igitur dubitet de bono mortis cũ id quod inquietum, id quod erubescendũ, id quod inimicũ nobis est, id quod violẽrũ, id quod procellosum & ad omnia vitia illecebrosum est, cõ quiescat & iaceat, & quasi feruida cauea claudatur sepulchri, relinquatur rabies eius exanimis: & mortua compago viscerum in terram resoluatur

Id autem quod familiare virtutibus amicum disciplinis, studiosum gloriæ, sequax boni, Deo subditum est: ad illud sublime euolet, & in illo puro & perpetuo bono atque immortali maneat, ipsi adhæreat: & in ipso sit de quo cogitationem ducit, vt quidam ait: Eius & genus sumus.

ctuũ. 17. Hæc Ambrosius. Ex cuius fertilissima vinea, dicti libri sepibus & limitibus clausa, studiosus vindemiator, multo plures colligere racemos poterit (ex quibus vinum exprimatur ad tollendam mortis fortitudinem efficacissimum) si eius animo sedeat, Sed qui hic collecti sunt, præsenti negotio sufficiunt, satisfacereq; nostro instituto creduntur.

¶ Ciceronis item testimonio & approbatione, non esse metuendam mortẽ, vt malũ quiddam, non tamen licere cuiquã, sibi manus inferre violentas, & mortẽ consciscere. CAP. V.

Sed

SED & Cicero, suauissimo eloquẽ stię torrente exundans, in primo Tusculanarum quæstionum libro, copiosè & elegãter edisserit, mortem in malis non esse ducendam, nec extimescendam, sed in bonorum numero haberi debere & optari potius Ex cuius horto pulcherrimo floscu los aliquot rationum hic decerpem⁹ subiunctis illis verbis illas approbantibus.

¶Primum oĩm, si animæ humanæ intereunt cum corpore (quod vtiq; impium est sentire, & ab ipso Cicerone eo in loco, nec nõ circa finem libri de senectute, acerrime cõfutatur) post mortẽ nec dolor vllus, nec sensus reliquus est, propter quem deberet mors timeri. Si vero post mortẽ manent superstites animæ nostrę (vt & verè manẽt, quẽadmodũ in vtroque loco iam dicto, Cicero multis rationibus astruit) ad meliorem trãseunt vitę sortem ac qualitatẽ, iam se-

lugatæ à mole corporis, q̃ hic habue
rant. quare & sic nō est timēda mors.
Neq; in ipsa mortis perpessione qui
sentitur dolor, alicuius est momenti.
nā breuis est & transitorius, & in ple
risque leuis ac modicus. Cicero: Fac
animum intetire vt corpus: num igi
tur aliquis dolor, aut oino post mor
tem sensus in corpore est? Ne in aio
quidē sensus remanet, ipse enim nus
quam est. Vbi igitur malum est? quo
niam nihil tertium. An quoniam ipse
animi discessus à corpore, nō fit sine
dolore? Vbi credā ita esse, q̃ est id exi
guum & falsum esse arbitror, & fit
plerūq; sine sensu, non nunquā etiam
cū voluptate. Totum q̃; leue est, qua
lecūq; est, fit enim ad punctū tēporis
¶ Nec molesta videri mors cuiquā
debet, q̃ huius vitę bonis non priuet
ac destituat. Nam si verū fateri liceat
potius ab ęrūnis & miseriis huius vi
tæ mors liberat, quibus assidue præ
mimur, quādiu hic vitā agimus. illis
erui

ejulmur cũ efflamus animam. Vnde Valerio teste, Hegesias Cyrenaicus philosophus sic mala huius vitę mira vi eloquẽtiæ representabat, vt eorum miseranda imagine audientium pectoribus inserta, multis voluntariam mortis appetendę cupiditatem in generaret. Ideoq; à rege Ptolemęo vlterius hac de re disserere prohibitus est. Cicero: Illud angit. vel potius excruciat, discessus ab oĩbus ijs, q̃ sunt bona in vita. Vide, ne à malis, dicverius possit. Quid ego nunc lugeam vitam hoĩm? vere & iure possim.

Sed quid necesse est, cum id agam, me post mortẽ miseros nos putemus fore, vitã etiam efficere deplorando miseriorem? A malis igitur mors abducit, non à bonis. Verum si quęrimus hoc quidęm à Cyrenaico Hegesia sic copiose disputatur, vt is á rege Ptolemæo prohibitus esse dicatur, illa in scholis dicere, quod multi his auditis, mortem sibi ipsi consciscerent.

¶Mul-

¶Multos vita productior in graues detrusit calamitates, quibus si antè diem suum obijssent, omnino fuissent exempti. Mors igitur si matureo exitu eos hinc abstulisset, & citius q̃ abstulit, à malis illis postea illatis, nõ à bonis abstraxisset Cicero: Priamum tanta progenie (quinquaginta scilicet filiorum) orbatũ, cum in arã cõfugisset: hostilis manus interemit hic si viuis filijs, incolumi regno occidisset, astante ope barbarica, tectis cęlatis, laqueatis, vtrum tandem à bonis an à malis discessisset? Et Pompeius noster familiaris cum grauiter ægrotasset Neapoli, si tum fuisset extinctus, à bonis rebus an à malis decessisset? Certe à miseris. Non enim cum socero bellũ gessisset, non imparatus arma sumpsisset, non domum reliquisset, nõ ex Italia fugisset. Nõ exercitu amisso nudus in seruorum ferrum & manus incidisset, nõ liberi de sceti, non fortunę omnes à victorib? possi

possiderentur. Hæc morte effugiuntur, etiam si non euenerint, tamē quia possunt euenire. Sed homines ea sibi accipere posse non cogitant.

4 ¶Mors nec viuis est grauis, quia necdū ad eos peruenit. Nec mortuis quia amplius non supersunt. Nullis igitur inferre molestiam putari debet, neq; in malorū numero deputari Cicero: Natura verò sic se habet, vt quomodo initiū nobis rerum oīm ortus noster afferat, sic exitum mors quæ vt nihil pertinuit ad nos ante ortū: sic nihil post mortem pertinebit In quo qd potest esse mali? cū mors nec ad viuos pertineat, nec ad mortuos. alteri nulli sunt, alteros nō attingit. 5 ¶Ipsius mortis imago, somnus vulgo esse fertur: teste Poeta.

Stulte, quid est somnus, gelidæ nisi mortis imago? Ouidius.

Lōga quiescēdi tempora, fata dabūt

In somno autē nulla sensus functio, nam consopiti sunt omnes. Ergo neque

que in morte, neque post mortem, vllus est sensus. Cicero: Habes somnum imaginem mortis, eamq; quotidie induis. Et dubitas, quin sensus in morte nullus sit, cum in eius simulachro videas nullum sensum?

6 ¶Vsus vitæ nobis à natura datus est ea cõditione, vt cum repetiuerit, illi restituatur: neq; vllum præscripti est certum tempus, quo repetat. Igitur cũ per mortem vita commodato accepta repetitur, nimirum improbus est, qui reddere sponte recusat. Cicero: Pellantur ergo istæ ineptiæ pene aniles: ante tempus mori, miserum esse, quod tandem tempus? natura ne? at ea quidẽ dedit vsuram vitæ tanquã pecuniæ, nulla præstituta die Quid est igitur quod querare, si repetit cũ vult? ea em̃ cõdirione acceperas

7 ¶Nihil diuturnũ aut longum in vita hominis existimari debet, si æternitati cõferatur, quæ nullo clauditur termino. Aetas autem humana quantum

tumuis producta, ſuam habet periodum. Non igitur in longiore vita reponenda ſpes, ſed ad immortalitatẽ per mortis tranſitum eſt aſpirandum. Cicero: Quæ vero ætas longa eſt? aut quid omnino homini longum? Nonne modo pueros, modo adoleſcentes à tergo inſequens, nec opinãtes aſſequuta eſt ſenectus? Sed quia vltrà nihil habemus, hoc longum ducimus. Apud Hypanim fluuium qui ab Europe parte in pontum, influit. Ariſtoteles ait beſtiolas quaſdã naſci, quæ vnum diem viuant. Ex his igitur, hora octaua quæ mortua eſt, prouecta ætate mortua eſt. quæ vero, occidente ſole, decrepita. eo magis, ſi etiam ſolſtitiali die. Confer noſtram longiſſimam ætatem cum æternitate in eadem propemodum breuitate, qua illæ beſtiolæ reperiemur.

8 ¶ Viam vniuerſæ carnis ingreſſi, & hinc morte ſublati, omni deinceps anxietate & anguſtia ſunt liberi.

Ea

Ea igitur via iucundo & hilari animo est capessenda. Cicero: Proh dij immortales, q̃ optabiliter iter illud iucundum esse debet, quo confecto, nulla reliqua cura, nulla solicitudo futura sit. 9 ¶Lege & constitutione naturæ mors oĩbus hoĩbus est cõmunis. Malum igitur ipsa censeri nõ debet. Cicero: Nos autem teneamus vt nihil censeamus esse malum, quod sit à natura datum omnibus. intelligamusq; si mors malum sit, esse sempiternum malum. Nam vitæ miseræ mors esse finis videtur. mors si est misera, finis esse nullus potest.

10 ¶Cum vĩrtute consummatã & adornatã quis transegerit vitã, mors illa dura videri nõ debet. Nam reliquit posteris bonorum operum suorum memoriam, semper victuram. Enitendum est igitur, vt probè viuamus, virtutumq; exerceamus opera quo facile mortem contemnamus. Cicero: Sed profecto mors tum æquis

æquissimo animo oppetitur, cũ suis laudibus vita occidens consolari potest. Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectæ, perfecto functus est munere. Quare si ipsa ratio minus perficiet, vt mortem negligere possimus, at vita acta perficiat, vt satis superq; vixisse videamur. Quamuis enim sensus abierit, tamen summis & propriis bonis & laudis & gloriæ (quamuis non sentiant) mortui non carent. Etsi enim nihil in se habeat gloria cur expetatur, tamen virtutẽ tanq̃ vmbra sequitur. ¶ Apud Thraces luctuosa sunt puerperia, teste Valerio, & læta funera. Nam æditum in lucem puerum circunsidẽtes eum fletu prosequuntur, recensentes quascunq; necesse est illi hanc vitam ingresso, perpeti calamitates. E contrario hominem vita defunctũ, per lusum atq; latitiam sepeliunt, referentes cum gaudio quot malis est liberatus. Mors igitur cui gratulabundi

applaudunt Thraces, in numero bonorum est reponenda. Cicero: Euripides non docebat cœtus celebrantes domum lugere, vbi esset aliquis in lucem æditus: humanę vitæ varia reputantes mala. Atqui labores morte finisset graues, hunc omnes amicos laude & lętitia exequi. 12 ¶Ptę clari rerum scriptores mortē suis scriptis laudarunt, vt bonum quiddam, & ærumnarum huius vitę finem. Et qui pro patrię salute mortem oppetierunt: egregijs laudibus celebrantur in Rhethorum scholis. Habenda est igitur mors in numero bonorū, cum solum bonum sit laudabile. Cicero: Alcidamus quidam rhetor antiquus in primis nobilis, scripsit etiā laudationem mórtis, quę constat ex enumeratione malorum humanorum, cui rationes hæ quę exquisitius à philosophis colliguntur, defuerūt: vbertas orationis non defuit. Claræ vero mortes pro patria oppetitę

tiſtæ,non ſolum glorioſe rhetoribus ſed etiam beatę videri ſolent. 13 ¶Si nouiſſimus humanæ vitæ dies animam non extinguit (vt certe non facit)ſed ad alia tranſfert loca:nihil homini optatius contingere poteſt,quã vt per mortem emigret ad beatiora domicilia, Sin vero mors ipſa cum corpore etiam hominis animam enecat & extinguit (quod nullo pacto tribuendum eſt aut credendum) nihil tũc potius aut melius,quàm poſt duros vitę labores ęterno teneri ſomno,placidaq; quiete,'Nihil igitur eſt quod mortem formidemus. Cicero: Quæ cum ita ſint, magna tamen eloquentia eſt vtendum, atque ita velut ſuperiore è loco concionandum,vt homines mortem vel optare incipiant, vel certe timere deſiſtãt, Nam ſi ſupremus ille dies non extinctionẽ ſed commutationẽ affert loci quid optabilius? Sin autẽ perimit ac delet omnino,quid melius,q̃ in me-

dñs vitę laboribus obdormiscere, & ita cõniuentẽ somno cõsopiri sempiterno? 14 ¶Cum Deus nos hac vita euocat, cũ gratiarũ actione quod præsentis munere vitę nos perfungi dederit, hinc abire læti debemus, existimareq; nos atro carcere liberari atq; in libertatẽ traduci. Illũ igitur nostrę vocationis diem, faustum & felicem reputemus oportet, non funestum. Cicero, Nos vero si quid tale acciderit, vt à Deo denuntiatum videatur, vt exeamus é vita: læti & agẽtes gratias pereamus, emittiquè nos custodia & leuari vinculis arbitremur, vt aut in æternam & plane in nostram domum remigremus, aut omni sensu molestiaquè careamus. Sin autem nihil denuntiabitur, eo tamen animo sumus animo, vt horribilem illum diem alijs, nobis faustum putemus, nihilq; in malis ducamus, quod sit vel à dijs immortalibus, vel natura parente omnium constitutum:

¶Nihil

15 ¶Nihil natura temereaut fruſtra facit,ſed omnia ad finem aliquem determinatum. Non igitur hominem produxit ad ortum, vt poſt exactos huius vitę laboreseum detrudat in miſeriam mortis perpetuam, ſed vt poſt longam nauigationem ad quietam ſtationem tranquillumq; portũ perducat. Quare mors ipſa, vt tranquillus poſt tempeſtatem portus haberi debet,bonumquè cenſeri. Cicero: Non temere nec fortuito fati & creati ſumus,ſed profecto fuit quędã vis quæ generi conſuleret humano. ne id gigneret aut aleret, quod cum exantlauiſſet omnes labores,tum incideret in malũ mortis ſempiternum portũ potius paratum nobis & profugium putemus : quo vtinam velis paſſis peruehi liceat. Si enim reflantibus ventis reiſciemur . tamen eodẽ paulo tardius referamur, neceſſe eſt. Quod autem omnibus neceſſe eſt,id ne miſerum eſſe vni poteſt. Ecce pau-

cos ex amœnissimo Ciceronis horto, in prima quęstione Tusculana cõsito, depromptos floſculos, quē si cui cordi est penitius ingredi, totumque perambulare, inueniet longe plures & odoratiores, quorum spiraculis & suaueolentia perfundatur. Hi tamen præsenti loco sufficiunt. ¶Cæterum quanuis multis iam rationibns & testimonijs ostensum sit. mortem non esse metuendam, sed expetēdam interdum: non tamen cuiquam licet suam prȩcipitare mortem, & seipsum occidere. quemadmodum Cleombrotus ille Ambraciota, qui (vt ait Cicero) cum nihil aduersi pateretur, lecto Platonis libro immortalitatem animorum astruente, vt illam assequeretur, è muro se in mare præcipitem dedit. Et Cato Vticensis eodem libro perlecto sibi ipsi manꝰ intulit, ne Cęsari victori seruire cogeretur. Quod quidem factum & si commendet Cicero & plerique Romani: maxime tamen

men improbandum est,& vitio dandum, vt diuino precepto & rectę rationi omnino aduersum, mollisq; & ignaui animi non valentis duros aduersosque casus æquo animo ferre, haud obscurum argumentum. Idipsum sane quod hic proponitur, quãuis corroboratione testibusque non egeat, asseuerat in primis Hieronymus super Ioannem, dicens: Non est nostrum mortem arripere: sed illatam ab alijs libenter accipere. Vnde & in persequutionibus, non licet propria manu perire. Accedit illi Cicero in libro de Senectute. Vetat (inquit) Pythagoras, in iussu imperatoris, id est, DEI, de præsidio & statione vitæ decedere. Idem quoque in primo Tusculanarũ quęstionum libro ait: Vetat dominans ille in nobis DEVS, in iussu hinc nos suo demigrare. Eandem etiam sententiam comprobat Iosephus, cum dicit: Itidem timidus est habendus

dus, qui mori non vult cum opus est & qui vult cum non oportet. At viri fortis est, semet occidere, imo vero ignauissimi, quantum opinor. Nam & gubernatorem timidissimum puto, qui tempestatem metuens, ante vim turbinis naucm sponte submergit. Quinetiam propria manu perire, a communi omnium animalium natura discrepat, eoq; modo in creatorem nostrum, summum scelus admittitur. Nullum est animal, quod ex industria, vel per se moriatur. Siquidem naturæ lex validissima, vt velint viuere, in omnibus sita est. Idcirco & qui nobis adimendum id putant, hostes ducimus, & insidiatores pœna prosequimur. DEVM vero indigne ferre nō arbitramur, cum donum eius homo despiciat? Ab illo enim accepimus, vt essemus, rursumque vt esse desineremus, illi reddendum est. Corpora quidem cunctis mortalia sunt,

ex cadu-

ex caduca materia fabricata. Anima vero semper immortalis est, Deique particula in corporibus collocata. Si quis ergo depositum hominis surripuerit aut male tractauerit, pessimus statim ac perfidiosus habetur. Sic dei depositum ex proprio corpore qui eiecerit, eum se latuisse quem læserit æstimabit. Et seruos quidem fugientes vlciſci, iustum creditur: quamuis nequam dominos fugerint. Ipsi vero Deum fugientes, & optimum Deum impie facere non videbimur? Et paulo post subnectit. Denique si qui se occiderint, apud nos quidem (Iudæos scilicet) vsque ad solis occasum insepultos abiici decretum est: cum etiam hostes sepeliri fas esse dicamus. Apud alios etiam dextrę iubentur abscindi eiusmodi mortuorum: quæ in ipsos armatę sunt, quoniam vt corpus ab anima, ita manum esse à corpore alienam existimarent. Pulchrum est igitur ó socij iusta sentire, neq; humanis

tladibus addere, vt creatorẽ omnium impietate lædamus. Hæc & alia multa prçclara ad eandem ſpectantia materiam refert Ioſephus in tertio libro de bello Iudaico, in oratione Ioſippi ſtrenui Iotapatenorum Ducis, qua poſt Iotapatæ à Romanis expugnatę excidium, ſocijs perſuadere nititur ſecum in abdita ſpelunca latitãtibus ne ſibi ipſis manum inferrent, mortẽ ve conſciſcerẽt. Cui aſtipulatur Egeſyppus lib. tertio de excidio Hieroſolymitano, his verbis: Ingrati eſt & citius diſcedere q̃ velit, & diutius viuere velle, q̃ voluerit ipſe qui vitam donauit. Non licet animã ſolucre à corpore, niſi ei qui ligauit. Deo ſeruitiũ debemus: dei ergo nos quaſi ſerui expectemus imperia. Ad hçc Ariſtoteles in Ethicis dicit eos qui vitam ſibi violente abripuerunt, publica ignominia á republica iuſte & legitime affici ſolere, quoniam grauiter in ipſam rempublicam (cuius erant membrum

brum) deliquerunt. Et Virgilius in sexto Aeneid. eosdem describit apud inferos diras dare pœnas, de quibus deinde subnectit,

Virgilius.

Quàm vellent æthere in alto:
Nunc & pauperiem & duros perferre labores.

Demum Plato ad idem confirmandum, hac vtitur similitudine, Sicut eos (inquit) qui potestatis imperio traduntur in carcerem, non oportet inde diffugere, priusquam potestas ipsa quæ clausit, abire permiserit: Sic nobis iniussu Dei demigrandum è vita non est. Vetatque hominem sibi inferre vel accersere mortem: docens expectandam esse naturam. Vnde & sancti patres in antiquæ legis vmbra degẽtes cum aliqua premerentur aduersitate: non sibi ipsi mortem consciuerunt, sed à Deo hinc tolli supplici ter petiuerunt. Vt Helias à Iezabel regina Israel persecutionibus afflictus, cum fugeret ab eius conspectu

petiuit

petiuit animæ suæ (inquit scriptura)
Reg.9. vt moreretur. Et ait: Sufficit mihi
Domine, tolle animam meam. Ne-
que enim melior sum q̃ patres mei.
Tobias etiam senior cæcitate percus-
sus, & ab vxore sua opprobrijs laces-
Tobiæ.3. situs: cum gemitu & lachrymis inter
cætera ita orauit. Et nũc Domine se-
cundũ voluntatem tuam fac mecum
& præcipe in pace recipi spiritũ meũ.
Expedit enim mihi mori magis, quã
viuere. Deniq; Sara filia Raguel, cum
improperium audiuisset ab ancilla
domestica, quòd septem viros suos
quibus tradita fuerat occidisset, om-
nino à vero alienũ: non per impa-
tientiam doloremqué animi seipsam
interemit, vt aliæ fracto ac deiecto a-
nimo forte fecissent, sed continue per
rexit in superius cubiculum domus
suæ, & tribus diebus, & tribus nocti-
bus non mãducauit neq; bibit, sed in
oratione persistens, cũ lachrymis de-
precabatur Deũ, vt ab illo impetra-
tio

rio liberaret eam: inter alia ſuæ deuo
tę & pię orationis verba, dicens: Pe
to Dñe, vt de vinculo impropery hu
ius abſoluas me, aut certe deſuper ter Tobię. 3.
tam eripias me. Et idcirco meruit ad
mirabili Dei prouidentia angelicoq;
miniſterio, feliciores q̃ antea experta
fuerat, nuptias aſſequi. Quod ſi hanc
animi conſtantiã habuiſſet Romana
illa Lucretia, non ferrum in pectus
ſuum adegiſſet: vt in ſe alienum pu-
niret crimen. Ob quod non laudibus
extolli eſt digna, vt fortis & magna-
nima, ſed vituperio inceſſenda & dã
nanda, vt mollis & proſtrati animi
mulier, non potentis illatam iniuriã
modeſte inferre.

¶ Iugem mortis meditationem, ho-
mini vtilem eſſe, cõmendandamquẽ
ſummopere mortificationem affectu
um corporalium in hac vita.

CAP. VI.

NOn eſſe quidẽ metuẽdã mortẽ
prędicdẽs ſermo ſufficienter (vt
reor)

reor) ostendit nihilo secius habendã esse assiduam eius meditationem, non dissuadet, nec dehortatur, quód magnã afferat illa frequẽs cogitatio hominibus vtilitatem: vtpote reuocationẽ à peccato perpetrãdo, mundiq; despicientiam. Inquit enim Hieronymus in epistola ad Paulinum. Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat esse morituru. Et Moyses incurium futurorum populum Israeliticum, atq; improuidum, his increpitat verbis: Gens absq; cõcilio & sine prudentia, vtinam saperent & intelligerẽt, ac nouissima prouiderent. Demum Ecclesiasticus quenq; nostrum salubriter admonet dicens: In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua: & in æternum non peccabis. Et rursum: Memor esto: quoniã mors non tardat. Cui respondet Hieronymus, ita scribens Cypriano: Memento mortis tuæ, & non peccabis. Qui se quotidie recordatur esse moriturum

Deut. 32.

Eccle. 7.

Eccle. 14.

riturum, contemnit praesentia & ad futura festinat. ¶Enimuero si titillat animum ambitio, & excelsos honorum gradus conscendendi appetentia: si pompa, si mundi gloria delectat veniat autem in mentem mors obeunda: protinus cadunt alti illi spiritus, & animositas omnis deprimitur. Quid superbis terra & cinis? inquit Sapiens, ad retundendam nostram superbiã: mortis cogitationem nobis ingerens. Quid etiam extollitur in altum homo, putredo: & filius hominis, vermis: qui mortis iaculo forsan hodie aut cras humi prosternendus est? Vnde Augustinus in libro de natura & gratia, inquit: Si de diuitijs & honoribus & morũ nobilitate te iactas, de patria & pulchritudine corporis, de honorib⁹ qui tibi exhibẽtur ab hoĩbus, respice teipsum, quia mortalis: terra es & in terrã ibis. Circunspice, qui similibus fulsere splendoribus. Vbi sunt quæ ambiebãt cur-

Iob. 25. Eccle. 10.

rum

gum poteſtates? Vbi inſuperabiles imperatores? Vbi ſunt qui conuentus diſponebant & feſta: & equorum ſplendidi nutritores? Vbi nunc veſtes & ornamenta peregrina: vbi ſeruorum turba? vbi iocus & lætitia? Vbi exercituum duces: vbi ſatrapæ & tyranni? Nonne omnia, puluis & fauilla? Nonne in paucis verſibus, eorum vitæ patet memoria? Reſpice eorũ ſepulchra, & vide qui ſeruus & qui dominus, qui diues, qui pauper. Diſcerne, ſi potes, victũ à rege, fortem à debili, pulchrum à deformi. Vide ſi eſt aliquod in eo ſignũ iactantiæ ſuę Memorare vtíq; naturæ, ne extollaris. Et idem in ſecundo libro de doctrina Chriſtiana, ait: Timor de futura morte, mentẽ neceſſario concutit: & quaſi clauus carnis omnes motus ſuperbię ligno crucis affigit. Hęc ille Si præterea cupiditas opum concitat animum ad aurum congrediendũ, ad prędia, domos, & pretioſam ſupellectilem

Auguſtin⁹

lectibilem coemendam occurrat, & mẽ
ti mortis demum venture memoria
refrigescit illico æstus ille & feruor
auaritiæ, quoniam vt ait Iob. Dives Iob. 27.
cum interierit: nihil secum auferet:
aperiet oculos suos, & nihil inueniet
Et propheta in Psalmo. Dormierunt Psal. 75.
somnũ suum, & nihil inuenerũt oẽs
viri diuitiarũ in manibus suis. Rur-
sum idem. Thesaurizat, & ignorat psal. 38.
cui congregabit illa. Demum, si immi-
mulat hominem inuidiosa libido, &
ad illecebras acrius impellit, subeat-
que animum tristis imago mortis
haud dubiè oppetendæ, è vestigio
noxiæ illæ flammæ residunt, & susci-
tata restinguntur incendia, haud ali-
ter, q̃ si frigidam aquam feruenti in
fuderis, confestim decidit omnis illa
ebullitio, & fundum petens aqua con
quiescit. Quem enim (oro) delecta-
bit voluptas carnis, aut quem oble-
ctabunt blandimenta luxuriæ, vbi
oculis obiicitur exangue funus, cor-

pus exanime aſpectuque horridum, putor cadauerum, pædor ſepulchri, & colluuies putredinis in buſto: vbi ſocietas illa poſt mortem de paſtura corpus ingeritur animo: de qua loquitur Eccleſiaſticus, Cum morietur homo, hęreditabit ſerpentes, & beſtias, & vermes. Ecce quos habebit ſocios & affectas corpꝰ: cum ſepulchro conditū abibit in fauillam & cinerem. Quorum cōſideratione ab omni laſciuia & petulantia carnis, ſe, cū vita manet, frenare & coercere debet Propterea commendatur mirifica illa Platonis ſententia, qua perhibetto tam philoſophorum vitam eſſe meditationem, conſiderationemque mortis. quod hęc potiſsimum inducat ad contemptionem rerum mundanarum: quam ipſa philoſophia ſummopere probat, docet, & ſuadet. Eandem probat ac citat ſacer Hieronymꝰ in epiſtola ad Heliodorum, dicens: Platonis ſententia eſt, omnem ſapien

Eccle 10.

ſum

tum vitam meditationem esse mortis. Debemus igitur & nos animo præmeditari quid aliquando futuri sumus, & quod volimus nolimus, longius abesse non potest. Et rursum idem, loco eodem, Nihil æque tibi proficiet ad temperantiam oīm rerū, q̄ frequens cogitatio brevis ævi & huius incerti. Quicquid facies, respice mortē, Verū id Platonis dictum modo citatum, non solum de naturę morte intelligi debet, quę est animi solutio animæ à corpore secundum rem ipsam, sed & de mystica & spirituali hominis morte, quę est abductio animæ subsistentis quidem in corpore, ab affectibus & vitijs corporis, & ad seipsam revocatio. De qua Cicero in primo Tusculanarum libro ita disserit, Tota philosophorum vita (vt ait Plato) commentatio mortis est. Nam quid aliud agimus: cum à voluptate, id est a corpore, cū a re familiari quæ est ministra & famula corporis, cum

á republica, cum à negotio omni ſe-
uocamus animum, quid inquam, tũ
agimus, niſi animum ad ſeipſum ad-
uocamus, ſecum eſſe cogimus, maxi-
meque à corpore abducimus? Secer-
nere autẽ a corpore animum, nequic-
quam aliud eſt, q̃ emori diſcere.
Quare hoc commentemur mihi cre-
de, diſiungamusq; nos à corporibus
id eſt, conſueſcamus mori. Hoc & dũ
erimus in terris, erit illi cœleſti vitæ
ſimile. Et cum illuc ex his vinculis
emiſſi feremur, min⁹ tardabitur cur-
ſus animorum. Nam qui in compe-
dibus corporis ſemper fuerunt, etiam
cum ſoluti ſunt, tardius ingrediũtur,
vt hi qui ferro vincti multis annis
fuerunt. Quo cum venerimus, tum
denique viuemus. Nam hæc quidem
vita mors eſt. Hæc Cicero. Eandem
myſticam mortem, ſecretiorem ſci-
licet animæ ab affectionibus corpo-
ris, pulchre commendat Ambroſius
in libro de bono mortis, dicẽs. Quid
in hac

in hac vita aliud iusti agunt, nisi vt exuant se huius corporis cogitationibus, quæ velut vincula nos ligant? & se ab his molestijs separare contendant, renuncient voluptatibus suis, atq; luxuriæ, fugiant flammas libidinum. Nonne igitur vnusquisque in hac vita positus speciem mortis imitatur: qui potest ita se agere, vt ei moriantur omnes corporis delectationes, & cupiditatibus omnibus mundiq; illecebris etiam ipse moriatur? sicuti mortuus erat Paulus, dicens. Mihi enim mundus crucifixus est, & ego mundo. Deniq; vt sciamus, quia est mors in hac vita, & bona mors: hortatur nos vt mortem Iesu in corpore nostro circumferamus. Galat. 6

Qui enim habuerit in se mortem Iesu, & vitam Domini Iesu in corpore suo habebit. 2. Cor. 4. Operetur igitur mors in nobis, vt operetur & vita. Et paulo post idem, Imitatur igitur mortem, qui se à cõmunione carnis huius abdu-

cit, atque illis vinculis soluit, de quibus tibi dicit Dominus per Esaiam: Solue omnem colligationem iniustitiæ, dissolue obligationes violentarum commutationum: dimitte cõfractos in remissionem, & omnem circunscriptionem iniquam dirumpe. Imitatur & ille mortem, qui se voluptatibus exuit, & a terrenis cogitationibus attollit atq; ableuat, & in illo cœlesti habitaculo locat: in quo Paulus cum adhuc viueret cõuersabatur. Aliter enim non diceret, Nostra autem cõuersatio in cœlis est. Demũ nonnullis interiectis idem ait. Vnde & nos dum in corpore sumus, vlum mortis imitantes: ableuemus animã nostram ex istius carnis cubiculi, & tanquã de isto exurgamus sepulchro Abducamus nos à corporis nexu: relinquamus omnia quæcunq; terrena sunt, vt cum venerit aduersarius, nihil in nobis inueniat suum. Cõtendamus ad illud æternum: ad illud diuinum

Esaiæ. 58.

Philip. 3.

vnum euolemus pennis dilectionis & remigio charitatis. Surgamꝰ hinc hoc est, de ſęcularibus atq; mũdanis. Dixit enim Dominus, Surgite, eamꝰ hinc. præcipiens vt vnuſquiſq; ſurgat de terrenis, erigat animam humi iacentem, & ad ſuperna attollat. Hæc Ambroſius: Quinimo & Dominus noſter in Euangelio, hanc mortem ſpiritualem (quę in abductione animi à delicijs carnis & affectu mundi huius conſiſtit) nobis aſciſcendam eſſe, frequentius edocet: Si quis (inqt) vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidie, & ſequatur me. Et, qui non odit patrem ſuum & matrem ſuam, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Rurſum, Qui non renuntiauerit omnibus quæ poſsidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et, Qui amat animam ſuam in hoc mundo, perdet eam, Qui autem oderit ani-

Ioan. 14.

Lucę. 9.

Lucę. 14.

Ioan. 12.

mam ſuam in vitam æternam cuſtodiet eam. Et iterum. Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Hæc enim & conſimilia diuina documenta, quibus reſperſum eſt
Matt.18. ſacrum Euangelium: vt de eruendo
Matt.19 oculo qui nos ſcandalizat, de præcidenda manu & pede, de eunuchis qui ſe caſtrant propter regnum Dei: nihil aliud tradunt, niſi animam a corpore & eius contagijs ſpiritualiter eſſe auocandam, & a mundi oblectamentis ſecernendam. Demum eandem doctrinam maxime omnium ſalutarem, ſæpius in ſuis ſacratiſſimis epiſtolis tradidit diuinus Paulus,
Coloſſ.3. vt cum ait: Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram: fornicationem, immunditiam, libidinem, con
Roma.8. cupiſcentiam malam. Et, ſi ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.
Gala.5. Rurſum. Qui autem ſunt CHRI-

STI

STI, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs. Et Coloſſenſes ſacris inſtituens monitis ait Igitur ſi conſurrexiſtis cum CHRISTO, quæ ſurſum ſunt quærite vbi CHRISTVS eſt in dextera Dei ſedens. Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Mortui enim eſtis & vita veſtra abſcondita eſt cum CHRISTO in Deo. Ecce mortuos vocat eos Apoſtolus, quos per epiſtolam compellabat, & alloquebatur mortuos inquam peccato, mortuos mundo, & ſeiugatos à contaminatione corporis, quod tamen adhuc geſtabant. Sancta nimirũ & ſingularis eſt illa mors, quæ vitæ huic naturali non repugnat, ſed eam tandem cum æterna commutat vita. Et de hac quidem morte, hactenus protractus eſt preſens ſermo, non tamen inutiliter aut incaſſum, vt reor, Nam ſummopere ipſa confert ad mortem naturæ æquo perferendam animo, Coloſſen.

& prompte ſubeundam. Quiſquis enim hic vitam agens ſeiugauit animam ſuam, continuo virtutum exercitio, ab affectibus corporis bonorũque ſenſibilium, imminentem mortem lætus accipiet, & ſine animi ægritudine moleſtiaque hinc demigrabit. Qui vero affectionibus opum, honoris aut carnis irretitus, & tanq; vinculis quibuſdam illigatus tenetur: triſtis admodum illi & amara eſt diſceſsio animæ à corpore. Inuitus enim & mœrens reliquit hoc ergaſtulum, quod nimio affectu ſibi ipſi arctius aſtrinxit, carceremque ſuum moleſtiorem ſibi, & exitum ab eo duriorem reddidit. Quod non ſubticuit Eccleſiaſticus, hæc ad mortem verba faciens, O mors quàm amara eſt memoria tua homini pacem habenti in ſubſtantijs ſuis, viro quieto & cuius viæ directę ſunt in omnib⁹, & adhuc valenti accipere cibum.

Eccle. 41.

¶Denum continua mortis conſide-

ratio

ratio (vt vnde paulum digressa est, nostra recurrat oratio) prꝛter cꝛtera hunc etiam fructum affert homini, q̃ prꝛmunitum eum reddit & cautũ ne ab ea inopinato aduenientꝛ prꝛoccuꝑetur: perinde atque hostem solicitis excubijs & peruigili cura exꝑectans, nec insidijs ab eo circumuenitur, nec repentino illius terretur incursu. Non enim ex insidijs adoriri illum potest improuisus hostis, cõtra cuius molitiones & conamina diuturna solicitudine vigilatum est. Ita qui mortem quotidiana cogitatione quasi familiarem sibi & domesticam reddidit: securus eam exꝑectat, & prꝛuiso ferientem telo contra ictum eius armatus, minus timet. Iacula enim prꝛuisa (vt vulgo dicũt) minus ferire solent. Vnde & subitaria morte nequaquam is rapitur, qui eam quasi quotidie sibi prꝛsentem assidua cogitatione constituit. quandocunque enim & quomodocunque aduene-

aduenerit,& expectata illi & præcogitata mors est,neq; inopinato aduẽtu territare virum potest.

Quod multũ etiã confert homini assidua cõsideratio fragilitatis & breuitatis huius vitę ,fluxæ,& momentaneę. CAP. VII

NEc minus ad salutem conducit homini frequens consideratio fragilitatis, & breuitatis huius vitæ, vt in ea fiduciam non reponamus,ne baculo(vt aiunt)arundineo innitamur, nec longos nobis annos promittamus, forsan cras,aut perendie hinc euocandi. Hanc autem nostrę conditionis fragilitatem atq; vanitatem attestatur Psalmographꝰ dicens: Veruntamen vniuersa vanitas,omnis homo viuens. Rursum. Dies mei sicut vmbra declinauerunt & ego sicut fœnum arui. Et iterum. Homo vanitati similis factus est,dies eius sicut vmbra prętereunt. Cui accedit

Psalm.38.

Psal.101

Psal.143.

cedit & Iob. Homo (inquit) natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur & conteritur & fugit velut vmbra, & nunq̃ in eodem statu permanet. Vbi apte ad exprimendam nostrę sortis imbecillitatem ac euanescẽtiam, vmbræ & floris vtitur exemplo, quo in plerisq; aliis sacræ scripturæ locis vsos sanctos scriptores inuenimus, adiuncta insuper fœni similitudine, quod facile suum perdit virorem & exarescit, vt prophetam in psalmo. Recordatus est, quoniam pulueris sumus. Homo sicut fœnum: dies eius tanquam flos agri sic efflorebit. Et alio loco quod de iniquis dicit: de omnibus etiam hominibus verum est. Quoniam tanquam fœnum velociter arescent: & quemadmodum olera herbarum cito decident, Iterũ alio loco de vnoquoque hominum id profert. Mane sicut herba trãseat, mane floreat & transeat: vespere decidat

Iob. 14.

Psal. 102

Psal. 89.

Psal. 89.

eldat, Induret & arescat. Beatus etiam Iacobus in sua epistola canonica ijsdem similib⁹ vtitur, cum ait: quod homo sicut flos fœni transibit. Exortus est enim (inquit) sol cum ardore, & arefecit fœnum, & flos eius decidit & decor vultus eius deperijt. Idem quoq; paulo post, Quæ est enim vita nostra? vapor est ad modicum apparens, & deinceps exterminabitur. Respondet his sacris testimonijs & concorda: sanctus Ambrosius in tertio libr. Hexameron de herba virente & flore fœni ita differens, In hac germinum specie & in illo virentis herbæ munere, imago est vitæ humanæ & naturæ conditionisq; nostræ insigne quoddam spectatur, & speculum elucet. Illa herba & flos fœni, figura est carnis humanæ. sicut bon⁹ diuinitatis interpres, organo suę vocis expressit, dicens: Clama. Quid clamabo? Omnis caro fœnum: & omnis gloria hominis vt flos fœni. Aruit

Iacobi. 1.

Iacobi. 4.

Cap. 7.

Isaię. 40.

fœnum

fœnum, & flos decidit, verbum autẽ Domini manet in æternum. Dei sententia. vox humana est. Dicit Deus. clama, sed in ipso Esaia loquitur. Ille respondit: quid clamabo? Et tanquam quid loqueretur audisset, adiunxit. Omnis caro fœnum. Et verè. Viret enim & gloria hominis in carne, quasi fœnum, & quæ putatur esse sublimis, exigua quali herba est; præmatura, vt flos: caduca, quasi fœnum. Germinat vitę viriditatem in specie, non in fructu soliditatem. Hilarioris vitæ quasi flos prętendens iucunditatem, breuiori spatio occasura. Sicut herba fœni, quod priusquàm euellatur arescit. Quæ enim firmitudo in carne, quæ salubritas potest esse diuturna? Hodie videas adolescentem validum pubescentis ætatis: virtute florentem grata specie, suaui colore. Crastina die tibi facie & ore mutatus occurrit. Et qui pridie tibi lautissimus, decoræ formę visus est gratia: alio die miseram Psal 102

ſerandus apparet ægritudinis alicuius infirmitate reſolutus. Pleroſq; aut labor frangit, aut inopia maceſat, aut cruditas vexat, aut vina corrumpunt, aut ſenectus debilitat, aut euiratos deliciæ reddunt, luxuria decolorat. Nonne verum eſt, quia aruit fœnum & flos decidit? Alius abauis atauiſq; nobilis, & maiorum honeſtatus inſulis, proſapiæ veteris clarus inſignibus, amicis abundans, ſtipatus clientibus, & vtrunque latus tectus, ſecum producens maximam ac reducens familiam: repente aliqua accidentis periculi mole turbatus, deſtituitur ab omnibus, à ſodalibus derelinquitur, impugnatur à proximis. Ecce verum eſt quia ſicut fœnũ vita hominis priuſquam euellatur, areſcit. Eſt etiam qui dudum ab vbertate affluens copiarum, liberalitatis fama per ora volitans ſingulorũ clarus honoribus, prȩeminens poteſtatibus, tribunalib. celſus, ſolio ſublimis

Pſal. 128

beatus

beatus populis æstimatus, dum præconum clamore deducitur, subita rerum cõuersione in carcerem rapitur quo alios ipse detruserat, & inter reos suos imminentis pœnæ deflet ærumnam. Quantos hodie caterua plaudentium & inuidiosa fauentis populi frequens domum pompa deduxit, & nox vna glorioſę illum splendorẽ deductionis aboleuit, ac repentinus lateris dolor effusis gaudijs luctuosam grauis successionem mœroris admiscuit? Huiusmodi igitur est gloria hominis sicut flos fœni. Quę etiam cum defertur, nihil operibus adiungit, in qua nullus fructus acquiritur. Et cum admittitur, euanescit, omnem scænam hominis, & quam desuper obumbrabat, repente destituens, & quam intus animabat. Hęc Ambrosius. Sed quid de vitę nostrę breuitate nunc retexam? quorum ętas sine retinaculo continue labitur in mortem, & more fluentis aquæ ra-

pido impetu fugaces anni prætereũt
Certè, vt ait quidam,
Præcipiti cursu fugit irreuocabile
tempus,
Atque abeunt nullo frena morantе
te dies.
Diffugiunt tacitis nostri successibus
anni,
Et velut vmbra, cito præterit hoc
ra pede.
Hoc quoque quod loquimur, de nostro tollitur æuo.
Atque aliquid vitæ singula verba
ferunt.
Cui consonat Persianum illud, nostro semper infigendum animo:
Viue memor leti, fugit hora, hoc
quod loquor, inde est.
Et Hieronymus in epistola ad Heliodorum, consolatoria de morte Nepotiani: Quotidie morimur, quotidie commutamur: & tamen æternos nos esse credimus. Hoc ipsum quod dicto, quod scribitur, quod relego,
quod

quod emendo de vita mea trahitur. Quot puncta notarij, tot meorum damna sunt temporum. Scribimus atque rescribimus, transeunt mare epistolæ: & scindente sulcum carina, per singulos fluctus ętatis nostręmo menta minuuntur. Hæc Hieronymus. Idipsum & Seneca his verbis confirmat: Quotidie morimur, quotidie enim demitur aliqua pars vitæ & tunc quoq; cum crescimus, vita decrescit. Infantiam amisimus, deinde pueritiam, deinde adolescẽtiam vsq; ad extremum quicquid transijt temporis, perijt. hunc ipsum quem agimus diem, cum morte diuidimus. Neque ab ea discedit sententia Cato ita apud Ciceronem in libro de senectute loquens, de vitæ nostrę breuitate: Sed mihi ne diuturnum quidem quicquam videtur, in quo est aliquid extremum. Cum enim id aduenerit, tunc illud quod præterijt, effluxit, tantũ remanet quidem, quod

virtute recte factis sis consecutus. Horę quidem cedunt & dies, menses & anni, nec pręterit ũ tempus vnquã reuertitur: nec quid sequatur sciri potest. Quod cuiq; temporis ad viuendum datur, eo debet contentus esse. Hæc ille. Videmus sane plerosq; infantes, in ipso ferè limine ac vestibulo vitę, morte extingui, alios pueritia vix egressos, fato sustolli. nonnullos in ipso adolescẽtiæ flore, atra morte occupari. Hos in iuuenili æuo cũ adhuc suam ordiuntur telam, repente succidi pauciores ad virilem, senilem aut decrepitam prouectos ætatem, demum etiam morte resolui. Quib⁹ certe quotidianis ante oculos nostros obiectis exemplis, vitę nostræ breuitatem vel palpitãtes, aut conniuẽtes oculis conspicimus. Produxerũt qui dem antiqui patres nostri, paulopost ipsam mundi constitutionem, vitam in nongentos & quinquaginta, imo interdum numerosiores annos. Post

Genesi. 5.

Immissum autem mundo diluuium rari sane inuenti sunt, qui ex sacrarũ literarum testimonio, ducentos vitę annos expleuerint. At vero nostra tempestate potissimum habet locum præscripta illa vitæ humanæ meta, quam propheticus sermo denuntiat dicens. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. Si autem in potentatibus octoginta anni & amplius eorum labor & dolor. Verum finge aliquem aut Nestoreos implere dies, aut Sibyllinos annos, vel nouem cornicis viuere ſęcula, ceruumue viuacem ſpatio vitę æquare, aut ſi mauis Mathuſalæam attingere ętatem, nonne adhuc breuis cenſeri debet ea vita & correpta, quæ demum ſuo clauditur extremo termino? Protractior certe foret (fateor) eius ætas, q̃ illorum qui vix vnum annũ complent, aut contractione viuunt, dierũ curriculo. Verum ſi ad æternitatem nullo determinandam fine quã Pſal. 89.

tamlibet hominis ætatem conferas, ea plane erit collatio, quæ pedalis lineæ ad infinitam, aut puncti ad hanc totam mundi molem. Vt si ad æternitatis infinitudinem nostræ mentis oculos inflectamus, quantocunq; annorum numero spatiosum hominis æuum, & breuissimum & prope modum momentaneum dicere possimus. Vnde Prophera ad Deum verba faciens de humanæ vitę decursu: quoniam mille anni ante oculos tuos (inquit) tanquam dies hesterna
l. 89. quæ præterijt Neque abhorret ab hac sententia Boetius, in secundo libro de consolatione philosophica dicens Vnius hora momenti si decem milibus cõferatur annis, quoniam vtrunque spatium diffinitum est minimã licet, habet tamen aliquam proportionem. At hic ipse numerus annorum, eiusque quantumlibet multiplex ad interminabilem diuturnitatem nec comparari quidem potest.

Etenim

Etenim finitis ad se inuicem fuerit quędam, infiniti vero atq; finiti nulla vnquam poterit esse collatio. Ita fit, vt quantumcunque prolixi temporis fama, si cum inexhausta æternitate cogitetur, non parua, sed planè nulla esse videatur. Hæc Boetius. Et quod ille pro subiecta materia ibidem de diuturni temporis fama pronuntiat, nos veré nimium & apte de humanæ vitæ ætate sic enuntiabimus. Ita fit, vt quantumcunque prolixi temporis ætas, si cum inexhausta æternitate cogitetur, non parua, sed plane nulla esse videatur. Iraq; ex sublimi specula, altoue suggesto ad quemque mortaliũ sublata voce clamitare lubet: Q̃ breuis sit vita respice. O summe pastor, o cardinalitio galero insignis, o Põtifex, o rex, o princeps, o dux inclyte, q̃ breuis sit vita respice. Et hãc sententiã Delphico digniorem oraculo, alta mente repone, classisq; tuę domus insignibus inscribe.

O puer,o iuuenis.o venerãde senex, o regina,o domina illustris,o plebeia q̃ breuis sit vita respice:memoriq; animo q̃ breues dies hominis sint(vt ait Iob)altius reconde. Multos enim fefellit lõgior vitę spes & fiducia,quos numerosa annorum spatia sibi promittentes, & centenariam sperantes ętatem,mors insperata & inopinata inflorente ac viridi iuuenta rapuit. At ne quem vestrum hęc tristitia maneant fata,aut tam repentinus exit9, Mantuanum vtiliter vos admonentem libenter audite.

Iob.14.

Nec ętati,nec fluxę fidite vitę.
Mobile tempus abit,mora nulla fugacibus annis.

Quàm incerta nobis sit mors quantum ad tempus, locum, genus mortis & animi qualitatem,in qua moriẽtes erim9.

CAP VIII.

Soli

SOlicitos præterea noſtræ ſalutis reddere nos magnopere debet mortis ipſius certo ſuperuenturæ incerta hora, incertus locus, incertum genus, denique incerta animæ noſtræ qualitas ac diſpoſitio, quæ morientibus nobis inerit: an odio tunc an amore digni habebimur. ¶ Incertam quidem horam eius nobis eſſe, conteſtatur in primis Eccleſiaſtes dicens: Neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut piſces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur: ſic capiuntur homines in tempore malo, cum eis extemplo ſuperuenerit. Et dominus noſter in Euangelio ſalubriter eiuſmodi rei nos commonefacit, exemplo diuitis cuiuſdam hominis, cuius cum ager vberes fructus attuliſſet, dixit animæ ſuæ: Anima, habes multa bona poſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus. Stulte, hac nocte animam tuã repetunt à te. Quæ autem

Eccleſia. 9.

Luc. 12.

parasti, cuius erunt? Exemplo itidem eorũ qui in diebus Noe & Loth vltrice Dei manu subitanea morte abrepti sunt. Sicut factum est (inquit) in diebus Noe, ita erit & in diebus filij hominis. Edebãt & bibebant, vxores ducebãt & dabantur ad nuptias, vsq; in diem qua intrauit Noe in arcam & venit diluuium, & perdidit omnes. Similiter sicut factum fuit in diebus Loth. Edebant & bibebant emebant & vendebant, plantabant & ædificabant. Qua die autẽ exijt Loth à Sodomis, pluit ignem & sulphur de cœlo, & oẽs perdidit. Secundum hæc erit, qua dei filius hoĩs reuelabitur. Proinde cautos & vigiles, ac prouidos ad mortis aduentum reddere nos volens amator humanæ salutis Dominus, sæpius auribus nostris inculcat: Videte, vigilate & orate. nescitis enim, quando tempus sit. Et iterum. Vigilate ergo. Nescitis enim, quando Dominus domus veniat: se-

Luc. 17.

Mar. 13.

ro an media nocte, an gallicantu, an mane: ne cum venerit repente, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico: Vigilate. Quem Euangelij locum exponens Theophilus ait: Propter hoc Deus nobis tempus nostrę mortis occultauit: quia nobis expediebat. Nam si nũc ignorantes finem non curamus, quid faceremus, si finem sciremus? Malitias nanq; nostras deferremus vsque ad vltimum. Cui astipulatur Augustinus in libro de disciplina Christiana dicens. Latet vltimus dies, vt obseruentur omnes dies. Sero parantur remedia, cum mortis immi ñet periculum. Et beatus Gregorius libro duodecimo moralium: Ad hoc (inquit) conditor noster latere nos voluit finem nostrum, diemq; nostrę mortis esse incognitum, vt dum semper ignoratur, semper proximus esse credatur. & tanto quisque sit feruentior in operatiõe, quãto & incertior

est de

est de vocatione, vt dū incerti sumus quādo moriamur, semper ad mortē parati debeamus viuere. Alijs etiam locis vt vigilemus ad mortis aduentum, dominus nos admonet his verMatt.25. bis. Vigilate itaq;, quia nescitis diem Luc.12. neq; horam. Et iterum. Si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtiq;, & non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati, quia nescitis qua hora filius hominis veniet. Quę sane salutaria documenta, nō solum accipienda sunt de die aduentus Domini ad iudicium vniuersale in consummatione saculi, sed & de die particulari, qua venit etiā Dominus in morte cuiusq; hominis ad singulare iudiciū, repetens depositum, & cōmissi talenti rationem exposcēs
2. Petri.3. De qua & illud beati Petri itidem &
2. Thes.5. Pauli verbum, recte quoq; intelligitur, quod dies domini sicut fur ita in nocte aduenier, inopinato scilicet & insperato. Et planè his Euangelicis mo-

monitis, his Apostolicis institutis lõ
gè salubrius & satius est credere, quã
quibusdam apocriphis annotationi-
bus & titulis, in fronte nonnullarum
orationum, ab incertis compositarũ
authoribus, inscribi solitis, & aureos
montes pollicẽtibus, cum ne hareno-
sos quidẽ exhibeant, quę id assevera-
ter promittũt quod quisquis oratio
nes illas ad deum, sacrosanctã virginẽ
Mariam, aliquem ve sanctorum nomi
natim designatum effuderit, nunquã
improuisa corripietur morte, sed ali-
quot ante transitum ex hoc mundo
diebus, cœlesti oraculo edoctus erit,
aut candidissimę & sacratissimę vir-
ginis manifestaria apparitione, quo
die & hora erit illi hinc emigrandum
Verum id non satis demirari possum
nonnullos inueniri vsqueadeo futili
bus illis & vanis pollicitationib⁹ cre
dulos vt Euangelica verba à summa
veritate prolata, & diem illum mor-
tis nobis ignotum esse astruẽtia, illis

postha

posthabeãt ac postponant. Qui pro spicere sibi potius debeient: ne fortè laqueus ille sit, & decipula dæmonis volentis hoc astu & vaframento (vt versipellis est & callidus) pollicitis illis fidentes, sibiq; persuasum habẽtes q; repentina morte nunquam opprimentur, incautos intercipere, atq; cũ extremo animarũ suarum dispendio subitario interitu (quando minime sibi cauerent) hinc abripere: quemadmodum etiã in opusculo de gloriosa assumptione cãdidissimę virginis Mariæ nos annotasse meminimus, vbi identidem nõnulla sunt sparsim inserta propositę illic materiæ, quæ ad sancte & honeste moriendũ lectorem studiose admoneãt. Pręterea (vt cœptum prosequamur iter) beatus Iacobus in sua epistola hãc quoq; vitæ humanę mortisq; incertitudinẽ, oculis nostris proponit, hisce verbis: Ecce nũc qui dicitis: Hodie aut crastino ibimus ad illã ciuitatem, & faciemus ibi

Iacobi 4.

Ibi quidē annum, & mercabimur,& lucrum faciemus.qui ignoratis quid erit in craſtinum. pro eo vt dicatis, ſi Dñs voluerit,& ſi vixerimus,faciemus hoc vel illud. Subſcribit illi & Seneca in Thieſte,hoc carmine.

Nemo tam diuos habuit fauentes,
Craſtinum vt poſsit ſibi polliceri.
Res deus noſtras celeri citatas
Turbine verſat.

Et Horatius eandem complectitur ſententiam, his verſibus.

Quis ſcit,an adiñciāt hodiernę craſtina vitæ.

Tempora diñ ſuperi?

Concordat illi & Martialis,hoc epigrammate:

Non eſt (crede mihi)ſapientis dicere viuam.
Sera nimis vita eſt craſtina, viue hodie.

Et Cicero in lib. de ſenectute. Quis eſt tam ſtultus (inquit) quamuis ſit adoleſcens, cui ſit exploratum, ſe ad veſpe-

vesperum esse victurum? Et paulo post eodem loco. Moriendum certe est, & id incertum, an eo ipso die.

Eccle.10. Demum Ecclesiasticus de quolibet principatum obtinente inquit. Rex hodie est, & cras morietur. Quinimo vbi nulla id comprobaret aut sacrorum authorum aut literaturę secularis authoritas, frequentissimis exemplo edocemur aliquos matutina luce sanos & incolumes degere, qui ante noctis sequentis crepusculum vitam exhalarunt, quod Cęsari in senatu Romano multis vulneribus confosso contigit, quod & Amnon filio Dauid trucidato in fraterno cõuiuio

2. Reg. 13. & ipsi Absalon pendenti à quercu &

2. Regũ. 18. tribus lanceis à Ioab transfixo, etiam accidit. Contra, alios nocte concubia integra & bona valetudine vegetos cubitum ire, qui sequenti diluculo in cubiculo extincti inueniuntur, quod Africano posteriori euenisse, memorię proditum est; & Holoferni principi

cipi militię Assyriorum à Iudith ani Iudith. 13.
mosa viraginein cubili obtruncato
cõtigisse, sacra refert hystoria. Quod
beatus Gregorius in expositiõe Euã
gelij secundę dominicę aduentus do
mini designati, his verbis confirmat.
Nudiustertiꝰ fratres agnouistis, quot
subito turbine annosa arbusta eru-
ta, destructę domꝰ, atq; ecclesię à fun
damentis sunt euersę, Quanti ad ve-
sperum sani atq; incolumes, acturos
se in crastinum aliquid putabãt, & ta-
men nocte eadem, repentina morte
defuncti, sunt in laqueo ruinę depre-
hensi. Hæc Gregorius. Id vero si
alijs accidisse crebro experimento cõ
pertum habemus, cur nobis quoque
idem accidere possenon autumamus?
aut quare aliorum periculo non red-
dimur ipsi cautiores? Memor esto Eccle. 38.
iudicij mei (inquit Ecclesiasticus) sic
enim erit & tuum. Mihi heri, & tibi
hodie. Haud disimiliter quispiam
ex ijs qui improuisa morte sunt sub-

lati dicere nobis haudiniuria poterit Mihi hodie,cõtingit ſcilicetex haclu ce repente tolli, tibiautem cras idem fortaſſe cõtinget. Et quamuis diuina bonitate nós(vt cõfidimus)ſub vmbra alarũ tuarũ protegente, id nobis forſitan non ſit euenturum:bonum eſt tamen & ſalutare,idipſum vereri & timere ne eueniat,vt ſiquando forſan euenerit nos imparatos nequaquam ſurripiat. ¶Porro incertus eſt nobis & locus mortis, qui in ſolo natali,in domeſtico cubiculo, inter amicorum & cognatorum turbam,nos valeſupremnm illis dicturos, ac nouiſſima daturos mandata,animo conſtituimus & arbitramur. longe tamẽ ſecus res interdũ ſe habet.Enimuero multi in regione ignota apud exteros diem claudunt extremum, nullo amicorum ſubſidio leuati. Alĩ iter aliquo carpentes, media in via, nullóque contecti domicilio, mortem obeunt ſub dio,deſtituti prorſus omni ſo

ni ſolatio notorumque ſodalitio, vt vix habeatur, qui corpora eorum emortua condat ſepulchro. Alij tem peſtuoſum ſulcantes mare, naufragio intereunt. Nonnulli fluuium nauigantes, fracta naui fluctibus abſorbentur. Aliqui nemora alta petentes & luſtra ferarũ, aut à ſicarijs obtruncantur, aut à feris abſumũtur. vt miſeranda omnino ſit humanę vitę tragœdia & ſors. Vbiq; ſiquidem mors inſidiatur hoĩbus, & ſuos tendit laqueos: quod & beatus Bernardus ita perhibet. Certum eſt homo, quod morieris. Sed incertum, quando, quo modo, aut vbi: quoniam mors ipſa te vbique expectat. Tu quoque ſi ſapiens fueris, vbique eam expectabis. Hæc plane ſapienter atq; vtiliter monet Bernardus. ¶ Quo præterea genere mortis hanc claudemus vitam, quis certò prædicere aut coniectare poſſit? Nemo certe eſt, qui nõ ſpectet ſe ad prouectam vſque ætatem, aut

etiam decrepitum victurũ, & demũ defectis senio viribus, naturali maturáq; morte dissoluendum, Sed quam plurimi ea spe decidunt atq; fraudantur. Nempe hic mœrore animi, & ægritudine concepta, tædio confectꝰ ante suam diem extinguitur. Ille atrabili exagitatus, & graui commotus ira, in ætate adhuc integra mortem oppetit. Hic ferro interit, ille veneno Hic præcipitio perit, ille furca & laqueo. Hunc interemit crapula, illum inedia. Deníq; hunc consumit ignis, illum atra lues & pestilens aer. Hic terra obruitur, ille procellis aquarũ. Sed quid in enumerandis variis mortis generibus tempus incassum cõtero? quę omnia nec verbis cõsequi, nec oratione cõplecti valerem vnquam. ¶ Postremum, incertus nobis est & status animi, in quo euocabimur ab hoc nostræ peregrinatiõis stadio: bonus ne futurus sit an malus. Et si quidem nostræ existimationi respondeRent

rent omnia, nullus est qui non bonꝰ Deoquè acceptus hinc decederet: quã doquidem confidunt vniuersi, se omnino purgatos peccatis, & rite expiatos, ex hac vita migraturos. Sed proh dolor, complures suo destituuntur voto. Cum enim vitę suæ emendationem in futuros annos diutius prorogarint, vindex ira Dei ad pœnitentiam longanimiter expectatos subito nonnunquã ferit interitꝰ: neque spatium eis permittit, salutari reconciliationis sacramentalis antidoto animarum suarum vulneribus in hora mortis medendi. De quibus ait Ecclesiastes: Etenim quia non profertur cito contra malos sentẽtia, absque timore vllo filij hominum perpetrãt mala. Attamen peccator ex eo quod centies facit malum, & per patientiã sustentatur, ego cognoui q̃ erit bonũ timentibus Deum, qui verẽtur faciem eius. Et beatus Iob, de eo qui distulit in serã commissa piacula mor- Eccle. 8.

Iob.24. tem ait: Dedit ei Deus locum pœnitentiæ,& ille abutitur eo in superbia. Paulus item graui increpatione huiusmodi Dei contemptorem insectatur dicens: Existimas autem o homo Roma.2. quia tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius & patientiæ & lõganimitatis contemnis? Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor, thezaurisas tibi iram in die iræ,& reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuiq; secundum opera eius. Eorundem etiam qui mala malis accumulãt,spe longioris vitæ adducti,tristi iudiciũ,in Euangelio exprimitur sub typo atq; exemplo serui nequam ob diuturnam aduentus Domini sui dilationem audenter peccantis,atque in ebrietatem insolentiamq; proruen Luc.12. tis,hoc verborum cõtextu: Quód si dixerit seruus ille in corde suo,morã facit dominus meus venire, & cœperit per

rit percutere seruos & ancillas, & edere, & bibere, & inebriati, veniet dominus seruiillius in die quo non sperat, & hora qua nescit: & diuidet eum, partemq; eius cum iufidelibus ponet. ¶ Cęterum contra hanc mortis incertitudinem vnicum est remedium, frequens & quotidiana ad Deum oratio: ne sinat inopina morte atque improuisa nos obuolui, vt cũ Propheta dicamus assidue Domino: Psal.38.
Notum fac mihi Domine finem meum, & numernm dierum meorum quis est, vt sciam quid desit mihi.
Et rursum. Paucitatem dierum meo- Psal.101.
rum nuntia mihi. Nonquidem quòd sanctis istis comprecationibus postulemus à Deo, cœlestis nuntij ministerio diem obitus nostri nobis annuntiari paulo ante, quam veniat.
Id enim & temerarium foret, & legi in Euangelio nobis præscriptæ contrarium. Sed à subitaneo mortis incursu poscamus his precibus nos di-

uino iudultu præseruari, & præcurrente morbo quasi nuntio quodam naturæ, aduentus propinqui ipsius mortis præmoneri. Siquidem nobis prænũtiatur propemodum finis noster, cum præcedente morbi molestia, & paulatim fatiscente succumbẽte q; natura, sentimus vitę occasum, & metam esse in foribus. Est & alterum contra hanc mortis incertitudinem præsentaneum remedium & apprime vtile, ita quotidie vitam cõponere ac ducere, ac si mors ipsa iam iamq; foret nobis obeunda, atq; in eo vitæ statu assidue consistere, in quo velimus Deo animã nostram reddere. Ita enim nunquam nos imparatos mors ipsa occupabit, cum quoq; momento vitę ad eam parati viuimus. Tunc eius laqueis minime inuoluemur incauti, cum antè præuisi fuerint & prægogniti. Frustra enim iacitur rete ante oculos pennatorum, & facile laqueos aucupis effugit auis,

Prouer. 1.

quę

quę pręuidet illorũ insidias. Haud aliter acsi in omnẽ horam ad expectationem mortis accĩcti, præparatiquè viuimus, insperata & inexpectata nũquam oculis ingruet. quinimò quandocunque occurrerit, adeam nos paratos & in procinctu cõstitutos offendet. Et hac ratione atque via, nunquã repentina mors nos corripiet. aut si repente immineat, non officiet nobis quicquam subitus illius incursus, qp longe ante pręuiderimus eam, atque ad eius insultum pręmuniti semper, & apparati vixerimus. Sic sanè sanctꝰ Hilarion eremita celeberrimus victi tasse legitur. qui cum annos decem & octo natus in deserto Palestinę vitã anachoriticam in summa austeritate duceret, venerũt ad eius cellã (vt scribit de eo Hieronymus) semel latrones, eũquè quasi per iocum interrogarent. Quid faceres, si latrones adtenirent? Quibus ille respondit, Nudus latrones non timet. Et illi: Certe

(aiunt) occidi potes. Possum, inquit, possum, & ideo latrones non timeo, quia mori paratus sum. Felix profecto, & terq; quaterq; beatus, qui mente sibi conscia veri cũ Hilarione dicere potest: Latrões nõ timeo, imo mortem (quę vitã corporis deprædatur) non timeo, quia mori paratus sum.

¶ Præcipuam bene moriendi doctrinam esse bonę & honestæ vitæ studium, quod eã plerunq; bona mors consequatur.

CAP. IX.

His ad introductionem quandam dicendorum præmissis, quod præparamenta quædam sunt animorum ad ipsum mortis cõgressum æquanimiter tolerandum, iam ipsa moriendi doctrina, quam titulus operis prę sentis pollicetur, determinatius est exhibenda. Cuius illud in primis præcipuum & memorabile habeatur documentũ, vnicam & singularem bene moriendi doctrinam

strinam esse, bene beatèq; viuere, virtutem & iustitiam in vita studiosè colere, deum timere, & mandata eius seruare. Hæc sola propemodum sufficit regula, ad pie & sancte moriendum: honestam, inquam, agere vitam & probos amplecti mores, atq; dum tempus habetur, operari bonum.

Quoniam quotidiano fere exemplo compertum agnouimus, quod qualis fuerit hominis vita, talis cõsequatur & eius mors. Vt si bona fuerit, & secundum Dei præcepta inculpatè transacta vita, beata atque tranquilla eam comitatur obdormitio in Domino. Sin vero scelerata & grauibus contaminata criminibus antecesserit vita tristis, horrenda, & miserabilis illam subsequi ferè solet mors.

Quod & Augustinus testatur in primo libro de ciuitate Dei, dicens: Mala mors putanda non est, quam bona vita præcessit. Nõ enim facit malam mortem, quod sequitur mortem,

Et

Et idem in libro de doctrina Chri-
ſtiana: Non poteſt male mori, qui be-
ne vixerit, & vix bene moritur, qui
male vixit. Enimuero viri probi &
ſancti qui iuſtitiæ opera diligenter ex
ercuerunt, & ſub iudice deo atque in
eius oculis cãdide incontaminãtèque
vixerunt, cum mortis adeſſe ſentiunt
viciniam, interna à deo conſolatione
confortati, lęti & alacres in eius pro-
perãt occurſum: atque venientẽ ob-
uijs (vt aiunt) excipiunt vlnis, vt be-
neficã, vt liberatricem ſuam à corpo
re & eius vĩnculis, ab hac valle lachry
marum, ab hoc miſeriarũ ergaſtulo.
Eandem quoque multis ante vocatã
votis, & optatam ſæpius, dulciter ſa-
lutant, amiciſque cõpellant verbis, q̃
eius beneficio confidant ſe ab hoc ſæ
culo nequam ſtatim eripiendos, atque
ad vitam æternã & immarceſsibilem
gloriam protinus tranſituros. Sanè
in primo Tuſculanarũ libro memi-
nit Cicero, q̃ cygni prouidentes quid

in mor

in morte boni sit, cum cantu & voluptate moriuntur. sicq; omnib⁹ & bonis & doctis esse faciendum tradit.

Cui consonat epigrammatum scriptor, hoc carmine. Martialis

Dulcia defecta modulatur carmina lingua,
Cantator cygnus funeris ipse sui.

Eandem innuit sententiam & Ouidius his versibus:

Sic vbi fata vocant, vdis abiectus in herbis
Ad vada Meãdri cõcinit alb⁹ holor.

¶Hunc cygnorũ morem imitantes iusti probatęq; vitę viri, qui niueum illorum candorem puritate mentis nitoreq; bonæ famæ referre, exprimereq; semper studuerunt, cum sentiunt mortem ipsam ferme ad ianuam corporis assistere, propinquaque sua funera percipiunt, læti & gestientes gaudio, psallunt Deo in cordibus suis, & ore (quantum datur) dulce depromunt canticum exultabundi, ꝙ

ad cæ

ad cœlestes nuptias inuitati, regni cę lorum ianuam sibi nouerint aperiri. Nonne suauem modulationē ædidit sanctus patriarcha Iacob, cum supremum trahēs spiritū singulis filiȷs suis benedixit? & interno mentis oculo futura prospiciens, sacratissima redemptiōis humanę mysteria ore prophetico depromsit? Nonne & Moses famulus Dei iam morti propinquus etiam dulce concinuit cāticum, altis mysteriȷs refertissimum? & singulis Israélitici populi tribubus benedicēs quę illis superuētura erant, superno lumine illustratus, lōge antè vaticinatus est? Quid referam sanctos patres post nouæ legis coruscationem virtute & meritis insignes, in ipsa mortis hora miro gestiȷsse gaudio? quod quasi portū tranquillū prospectātes, iam nauem suam incolumem erant subducturi in stātiōis æternæ quietē? Hosq; flexis in terra genibus: illos palmis ad sidera sublatis, inter verba

Gene. 49.

Deute. 32.

Deute. 33.

ora

orationis ſpiritum efflaſſe? Quibus nec angelicorũ ſpirituum defuerunt ſub ipſum vitæ exitum officia, non claritas cœleſtis ipſos circũfulgẽs, nõ harmonica modulatio, aſtantibus interdũ audita, nõ deniq; ſuauia ſupernæ fragrãtiæ ſpiracula. Vt ipſorum exẽplo plane cognoſcamus, quod pretioſa eſt in conſpectu Domini, mors ſanctorum eius. Certe hi ſunt holores noſtri, puritate vitę candidi: deliciarũ huius mũdi aquis ſupernatantes, non tamen immerſi: & erecto in cœlum animo, quaſi extento lõgius collo, in ſublimia glorioſæ illius ciuitatis atria ſemper intenti. Qui cũ impendentẽ cernerent mortẽ, tranſacta in lachrymis ſeminatione, meſſem ac manipulos ſuos cum gaudio collecturi, mercedemq; ſuorùm laborum ac glorioſum fructũ percepturi, dulce deo, concinere melos & læta reſonare cãtica modulatiſſima voçe ſunt auditi. Quorum felicem ex hoc Pſal. 115.

mũdo

mundo transitum & sanctam resolutionem, qui in historijs de eorũ vita & obitu cõscriptis legũt, vix pias cõtinere lachrymas possunt, & ab illis vltro erumpẽtibus temperare, q̃ miserationem Dei magnam in suos cultores eo argumẽto planè cognoscãt & magno afficiantur desiderio, vt similis illis contingat post decursum mortalis vitæ stadium obdormitio, beatos se fore, felicesq; haud iniuria rati, si tali fine & exitu suos claudere dies posfint. Nemo sanè est illorum, qui hæc pia vitę sanctorum monumẽta euoluũt. Quin cũ Balaã ,,pheta ex intimis præcordijs illud à Deo petat impẽsius. Moriatur anima mea
Nume. 23. more iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. Quid enim salubrius optasse possent, quidve vtilius expetere à Deo, quã consimilem sanctorum quieti mortem, & sanctam & glorioſam? Contra vero qui facinoroſam duxerũt vitam, grauibusq;

inqui

inquinatã ſceleribus,qui nec Deum, nec homines ſunt veriti, qui laxatis habenis poſt ſuas abierunt concupiſcentias,quãdiu hoc in mundo ſunt diuerſati.exhorreſcunt mortis aduẽtum,& miſeri trepidãt: tanquam rapiendi ad ineluctabile diſtricti iudicis tribunal,& ſuorum operum ſtipẽdia percepturi,de quibusait Apoſtolus:Stipendia peccati, mors. Nempe Roma.6. ſuorum conſcij ſcelerum,attonitaq; mente cogitantes malorum ſuorum grauitatem & multitudinem : recuſant ex hac luce abitionem, ſubterfugiunt diſſolutionem à corpore,quod trahendi videantur ad conſpectum iudicis ſeueri,ſententiam damnationis in eos laturi. Perindeatq; patricidæ reus aut latrocinij cum horrendo clauſus ergaſtulo,& vinculis conſtrictus , cognoſcit capitis ſui cauſſam agi. & magiſtratus de extremo ſuo ſupplicio captare conſilium:totuscõ tremiſcit,& maiore adhuc premitur

angore animi, cum carcere educitur, vt iudicum fistatur conspectui, audiat atque coram proferri in caput suum sententiam, quod furcæ debeat appendi, aut obtruncari gladio.

Quàm tristis, quàm inuitus, quàm trepidus ad tribunal iudiciarium truditur, vt sui capitis audiat damnationem, quàm vellet perpetuo manere in carcere, quo tribunal illud effugeret, ad quod vbi se euocari intelligit tremore concutitur, pallore suffunditur. At longe miserabilior est cõditio peccatoris sibi male cõscij, cũ ingruit horrida mors & corporis carcere animam inuitã eximit. Vna siquidem ex parte sua eam peccata consternatum reddunt, necnon diuinę in sesententię trepida expectatio, & horror angens. Alia vero, vehemens ad hæc sæcularia bona affectus, ad opes, ad honores, ad voluptates, miseris excruciat modis, quod ea quę tantopere amauerat, quęque toto fuerat animo

mo prosequutus, dimittere cogatur, & ab illis diuelli: in quibus suam collocauerat felicitatem. Quàm dura (puta is) est illa separatio, quàm molesta subiũctio ab ijs, quę sola semper expetiuerat, quę coluerat vnice, quæ singulariter amplexatus fuerat? Quis (oro) in tanta rerum conflictatione iam moribundo peccatori est animus, quæ Dei memoria, aut salutis propriæ cura? Vere de huiusmodi conditionis viro, dicit Propheta in psalmo ad Deum, Quoniam non est in morte, qui memor sit tui. Quo modo enim Dei memor esset in tanta rerum angustia, qui dum vitam sospes ageret, illius semper fuit immemor? Et non modo Dei, sed & sui ipsius obliuiscitur miser peccator, in illa extrema anxietate. quoniam (vt præclare ait beatus Augustinus) hac animi aduersione percutitur peccator vt cum moritur obliuiscatur sui, qui dum viueret, oblitus est DEI. Psal. 6.

Psal.118. Vere iustus est Dominus,& rectum iudicium eius. Domini sui contemptor, diutius vixit seruus nequam. Quid ergo iustius, quã ipsum in extremo angore à Domino suo deseri? Vnde cognoscitur verum omnino esse illud Prophetæ dictum in Psalmo Mors peccatorum, pessima. Quod
Psal.33. etiam nonnunquam ostensum est, manifestis ita morientium exemplis. Quorum hi sub ipsum vitę exitum se vidisse horrendum draconem contestati sunt: cui ad deuorandum diuino iudicio fuerunt permissi atq; relicti. Illi inducias vsque ad proximam lucem matutinam sibi indulgeri, anhelo sudore æstuantes proclamarũt: deinde horariam vitæ moram enixius postularunt, quam tamen non obtinuerũt. Alij terterrimos Aethiopes ad se veniſſe,& atris literis conscripta totius vitæ suæ flagitia in libro monstrasse, Demum acutissimis gladijs se transfixisse astantibus enarrarunt.

Rur

Rursum aliqui cum horrore legun
tur præsentibus retulisse: quod sicut
beatus Stephanus vidit cœlos aper-
tos (quos deinde introiuit) & Iesum
stãtem á dextris virtutis Dei, ita se Actuum.
vidisse infernum lacum apertum, &
Iudã, & Caipham, & Pilatum in me-
dio eius, & alios etiã crucifixores do
mini simul cum eis, & sibi ipsis non
longe ab eis locum esse paratum. Nõ-
nulla horum ex beato Gregorio &
Beda de gestis Anglorum deprompta
commemorat eximius & præclarus
Author Mapheus Vegius in primo
capite sexti libri, operis sui insignis,
& singularis de perseuerantia religio
nis inscripti. In quo etiam capite per-
multa adducit annotatu dignissima
ad rem nostram propositã facientia.
Certe hæc omnia iam paucis constri-
cta, & cætera id genus hominum vi-
sa in ipso mortis articulo, non ad il-
lorum quibus illa mónstrata sunt, sa-
lutem, ostendi permisit Deus: cũ æter

nę damnationi censeantur (quantum cōiectare fas est) fuisse adducti, sed ad nostram vtilitatem solum, vt aliorū periculo & perditione admoniti, cū tremore nostram salutem operemur. Nōnulla etiam huiusce generis exempla, tam ad felicem bonorum, quàm ad tristem malorum exitum spectantia, in Gregorianis leguntur homiliis, quas vir ille sanctus, sacra eruditione eximius, mira pietate insignis, & sancto Dei timore plenus, pro more suo, plerūq; memorabilibus cōclusit exēplis, ad excitandos audientium animos in Dei timorē & amorē magnopere facientibus, vt in Homilia euangeliū de patrefamilias, qui conduxit operarios in vineā suā: de eo qui exijt seminare semen suū, quod in diuersa cecidit loca, de diuite epulone & Lazaro mendico, de homine quodā qui fecit cœnā magnam, & vocauit multos: deniq; de hoīe rege qui fecit nuptias filio suo, & in nonnullis

aliis

alijs. ¶ At vero cũ miſerrimum ſit & horrendum in illa extrema vitæ hora his premi anguſtijs, eaq; torqueri anxietate, qua iam diximus ſceleratos & prauitati aſſuetos in ipſo mortis angi momento: ſummo ſtudio eniti debent omnes, ne prauæ aſſueſcant vitę, neve maliciam ſuam ad ipſum vſque ſepulchrum perſequantur. Si contractæ ſunt ſordes & malorum contagia: eleuant ea & expient ſalutari pœnitentia, dum tempus & hora ſinunt. reſipiſcat à priſtina morum corruptela, cum datur oportunitas virtuti colendę ſe aſſuefaciant, iuſtitiã ſibi cõtinuo vſu familiarem reddant & domeſticam. denique cum tempus habent, operentur bonum: vt deiloquus admonet Paulus. Ad quod & Eccleſiaſtes vnumquemque hortatur, Quodcunq; (inquit) facere poteſt manus tua, inſtanter operare, quia nec opus nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia, erunt apud inferos: Gal. 6. Eccle. 9.

quo tu properas. Ecclesiasticus etiam idem diligenter admonet dicens: Ante obitum tuum operare iustitiam, quoniam non est apud inferos inuenire cibum. Quibus monitis qui aures arrexerint, animumque admouerint in extremo mortis agone non quatientur tremore, non percellentur metu, nec formidine trepidabũt: sed diuino suffulti præsidio, angelicoque munimine circumuallati, facilem & placidam persentient mortem, anxietatis vacuã, horroris immunem, timoris expertem. quapertrãsita, protinus euolabunt ad superna cœlestis Hierusalem habitacula.

Ecclc.14.

¶ Testamenti ordinationẽ & peccatorum confessionem, opportune ac mature anteq̃ inualescat letifer morbus, esse faciendam.

CAP. X.

HOc quasi iacto nostri Instituti fundamẽto, reliqua deinceps superextruenda sunt, quorũ id vnũ

sit

fit, quod cum adhuc integra est incolumitas, illabefactaq; sanitas: etiã longo ante morbum letiferum temporis interuallo, testamentum maturè condendum est ijs qui legare sua, testarique iure possunt. ne si ad extremum vsque vitę momentum id differãt negotium, morte occupẽtur & intestati vita excedãt, quod incuriæ ac infamię notam illis inureret, & disidiorum atq; contentionum materiã suggereret hęredibus, ob dispartitionem bonorum nulla certe testamenti lege definitam. Ad hæc cum lãguore mortifero premitur corpus, & mens doloribus vicinę mortis grauata obnubilatur: quę tunc ratio, queve prudentia viget in moribundo iam homine, vt sua recte disponat, & cuique superstitum suã assignet portionem? Vsqueadeo enim molestia morbi & propinqui à corpore exitus hebetatur anima, vt constituendo testamento nequaquã valeat extendere vires.

Cum vero adhuc mens sana consistit in corpore sano, expeditissime peraguntur omnia ad testamenti rationē spectantia, cum maturo concilio, incolumiq; & vegeto animi vigore. Pręterea si quis alienū æs conflauerit, obęratusq; cuiquā fuerit, id aperte explicet moriturus, dissoluendaque debita curet. Cōsimili ratiōe si quod alterius est quispiam detineat, aut depositum ab aliquo sibi creditum fidei asseruet, quod alienum est restituat, & suæ custodiæ commendatum, reddat ei qui deposuerat, antequam hinc abeat. Et ita ante mortem cuiq; suum reddatur: vt post obitum non relinquatur alicui iusta de mortuo cōquerendi ratio, neve lites & forenses strepitus, aut grauia dispendia exinde oboriantur. Vnde memorabile est illud exēplum, quod de Spiridone Cyprio episcopo egregie sanctitatis viro narrat Eusebius Cæsariensis in historia ecclesiastica. Cuius filiæ

Libr. 10. C. 5.

virgi

virgini Hirenæ, cum quidam depoſi tum commendaſſet: illa acceptum ter rę altius infodit, nullo rei illius con ſcio, poſt obitum eiuſdem virginis, venit qui depoſitum tradiderat filię: & illud à patre negotij illius inſcio, repetiuit. Rem pater admiratus, per quiſiuit tota domo quod poſcebatur nec vſpiam loci inuenit. Perſtitit in ſtantius ille qui commendauerat filię depoſitū & lachrymas precibus adie cit, expoſcēs ſibi reddi commendatū alioqui vitæ ſuę vim ſe illaturum aſſe uerabat. Permotus eius verbis & fle tibus, ſenex ad filiæ ſuæ ſepulchrum cōcitus properauit, eamque vocauit ex nomine. Tunc illa de ſepulchro reſpondens: Quid vis, ait, pater? Cui Spiridion. Commendatū illius (no minatim expreſſo viro) vbi, repoſui ſti. At illa locū indicans, illic (inquit) inuenies defoſſum. Regreſſus domū pater, tē ſicut filia de ſepulchro reſpō derat, inuentam tradidit repoſcenti.

Ecce

Ecce quantum periculum & rei pro-
priæ admittendæ, & forsitan animæ
perdendæ imminebat ei qui disposi-
tum commendauerat: ob non reddi-
tum illud, aut saltem non detectum
ante mortem. Et euenisset quidem il-
lud, nisi vox è sepulchro reddita re-
medium adhibuisset. Sed quoniam
ea sanctitate non pollent nunc homi
nes, qua venerabilis ille senex, vt ipsis
defunctis interrogantibus ita red-
datur ad interrogata ex ipso tumulo
à mortuis responsio: Satius est suis
rebus cum adhuc vita manet, ita pro
spicere, ne talis vnquam ingruat ne-
cessitas. ¶ In ipso vero morbi letalis
principio, antequam aggraueſcat ac-
cersito sacerdoti peccata sua confitea-
tur, & detegat moriturus: vt eo reme
dio contractis sordibus expiet ani-
mam inquinatam, diluat inustas illi
maculas: seq; Deo reconciliet, neque
In supremam vitæ horam differat id
negotium, quoniã extorta tunc per

vim

vim potius cõfessio, quã spontanea censeretur, neque ob graues corporis dolores quibus etiã anima afficitur, mortisq; propinquitatem, tam integre, tam prompte, tam expedite confessionem ipsam exercere potest ægrotans: sicut in ipso morbi initio, cum nondum corpus decumbit euictum graui languore, cum etiam nec dum mens & ratio recta ob condolentiã participationemque dolorum hebescit ac obtunditur, Quod & Ecclesiasticus subinsinuat inquiens: Ante mortem confitere. A mortuo qua si nihil, perit confessio. Confiteberis viuens: viuus & sanus confiteberis, Optimum sane & salutare documentum. Quid autẽ discriminis est (oro) inter mortuum & præmortuum iam hominem, extrema patientem, & vltima trahentem suspiria? Quæ discussionis (queso) anteactæ vitę diligẽtia & examinationis præteritorum operum studiũ tum poterit adhiberi, cũ Eccle. 17.

vix

vix ſuę mentis compos eſt ægrotus, & immani dolore morbi degrauatur Quæ itidem ſalutaris confeſſio, quã integra, q̃ ſyncera tum fiet : cum lingua palpitãs & faucibus hærens vix efformare verba, quæ intelligi auribuſque excipi queant, aut proferre valebit? Quocirca damnanda ſummopere illorum eſt negligentia atq; ĩcuria : qui etiam graui morbo decumbentes, q̃ duriſſime poſſunt, prorogant ſuorum peccatorum confeſſionem, & interdum ita procraſtinãt vt deniq; nulla peccatorũ facta expiatione ac detectione, rapiãtur à morte. Alĩ cum morbo grauati deinde cõualuerint, id vnũ iactitant, & tanquã de amplo beneficio ſuſcepto gratias agere ſe Deo prędicãt, q̃ necdum fuerint in ea morbi moleſtia ad confeſſionem ſacerdoti faciendam adacti, tanq̃ non eſſet ea reconciliatio vnquã tentanda ab ægroto, niſi iã actũ eſſet de eius vita, atq; cõclamatũ, aut

putan-

putantes id timiditati assc ribendũ, si sacerdotem accirent cui suam detegant conscientiam: quasi mortem timerent, & vltimum suæ vitæ casum (ob susceptum illud antidotum) iam iamque esse superuenturum. Porro alios inuenias quibus graui languore depressis cum suggerunt amici faciendã esse peccatorum confessionem adeo grauate & molestè illud ferunt, vt protinus autumẽt ism desperatũ esse de salute corporis eorũ, vocemq; illam cõfessionis faciundę admonitoriam ita accipiunt, atq; si quis propheticam illam sententiã eis denuntiaret, Dispone domui tuę, quia mo- 4. Reg. 20.
rieris & nõ viues, cum tamẽ è diuerso ipsa peccatorum expiatio sacerdoti rite facta, potius conferat ad corporis etiã temporariam salutem, quandoquidem interdum morbi hominibus infligũtur à Deo, in punitionẽ peccatorũ ante perpetratorũ, & ergo abrasis animo peccatis, tolluntur

plerunq;

plerunque & morbi: ob illa erogati. Vt paralitico prius ait Dominꝰ apud Matthęum: Fili, remittuntur tibi pec
Matth. 9. peccata tua, deinde subiecit, Surge, tol le lectum tuum, & vade in domũ tuã ad idipsum signãdũ, ꝙ peccata caus sam præstiterint illius quo laborabat morbi proinde abstergenda ante fuis se peccata, q̃ morbus propelleretur. Consimili quoque ratione, languido
Ioannis. 5. apud probaticã piscinam post duodequadraginta annorum infirmitatem à cœlesti medico solo verbi imperio sanitati restituto, haud multo post ait Dominus: Vade, & amplius noli peccare: ne deterius tibi contingat. Eo dicto significans ipsum tam diuturnam incurrisse aduersam valetudinem, ob peccata quæ ante admiserat. Quare detersis pia & religiosa expiatione peccatis animæ, plerunq; integra corporis sanitas instauratur. Confirmat idem Innocentius tertius in concilio generali, cap. Cũ

infir-

infirmitas, titulo de pœnitentijs & remissionibus, hanc sanctionem de cernens. Cum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proueniat dicente Domino, languido quem sanauerat, Vade, & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat, præsenti decreto statuimus, & districte præcepimus medicis corporũ vt cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant, & inducant, vt medicos aduocent animarum, vt postquam fuerit infirmo de spirituali salute prouisum, ad corporalis medicinæ remedium salubrius procedatur, cum caussa cessante, cesset effectus. Hoc quidem inter alia huic caussam dedit edicto, ꝙ quidam in ęgritudinis lecto iacentes, cũ eis à medicis suaderetur, vt de animarũ salute disponant, in desperationis articulum incidunt: vnde facilius mortis periculum incurrunt. Hæc Innocentius. Ex quibus liquido constat, ꝙ

Innocentii tertius.

periculosa sit dilatio procurandæ salutis animę ad supremum vsque vitę punctum, cum iã nulla supereſt spes euadendæ mortis, vtpote quód interdum prębeat occasionem ęgroto iã viribus defecto, incidendi in laqueũ extremę desperationis. Quod si huiusmodi admonitio atque inductio ad sacramentum confessionis maturę adhibendum, fuisset in ipso morbi principio proposita ægroto, adhuc corpore satis & animo valenti, & lubens eam fuisset amplexatus & opere cõplesset. Vnde mente exhilaratus, post detectionem integram peccatorum & interiore perfusus gaudio atq; alacritate ob exonerationẽ malorum, multo facilius cõualuisset atq; sanitatem pristinã recuperasset. Verũ ea est hominũ ad animę curã negligentia, vt cum primum caput eis dolet, aut latus, aliove tentãtur morbo corporis, protinus aduocant medicum, & oportunum adhiben

reme

remedium. At cum anima grauibus premitur peccatis, & multis vulneribus iacet saucia: quam tardissime possunt, admouent his plagis medelam & lente admodum accersunt sacerdotem, qui medicam illis opem impendat. Quinimo iterum atq; iterũ ad id aliorum suasu inducti, vix recte monentibus tandem obtemperãt vicinæ mortis metu magis impulsi ad faciendam peccatorum suorum confessionem, quàm amore & studio curandæ suæ salutis. Vt si certum haberent & exploratum, se eo (quo semianimes laborant) morbo non interituros: nequaquam tunc sacerdoti suæ animæ vulnera detegerent, sed in alia adhuc tempora rem ipsam prorogarent. Hanc autem miserandam humani cordis incuriam atque ignauiã, merito carpit & notat Horatius cum ait: Nam cor

Quę ledunt oculos festinas demere, si quod

Eſt animum, differs curandi tempus in annum.

Dimidium facti, qui cœpit, habet ſapere aude,

Incipe. viuendi qui recte prorogat horam.

Ruſticus expectat dum defluat amnis, at ille

Labitur & labetur in omne volubilis euum.

Neq; in annum ſolummodo differtur animi curandi tempus à pleriſq; ſed & in quatuor, & interdū in quinque annos & amplius, ſi non perurgeantur ſtimulis & calcaribus morborum mortem minitantium. Sed, proh dolor, nonnullos ita vitę emēdationem differentes & expurgationem peccatorum, repentina mors occupat. Et quoniam cum adeſt eis facultas, nolunt conſulere animarum medicos: ſępenumero cum id volunt amplius non poſſunt, præcluſa iam voce ex ſubito mortis īcurſu Igitur

hodie

hodie potius ſibi proſpicere debent languidi, vt animę ſuę medeantur, q̃ id negociũ in craſtinũ proferre diem quemadmodum ait beatus Gregorius in expoſitione euangelij quod in ſabbato poſt paſcha legitur: Notate (inquit) chariſſimi fratres: notate dicitur, feſtinantes. Mandata Dei, myſteria redẽptoris, cœleſtis patriæ gaudia cũ feſtinatione cognoſcite, & prę cepta vitę cũ feſtinatione implere curate. Quia enim adhuc hodie licet bene agere, ſcimus: vtrum cras liceat, ignoramus. Hæc Gregorius. Maturandum etiã eſſe bonũ opus ſine protelatione, ita monet Ouidius:

Sed propera, nec te venturas differ in horas.

Qui non eſt hodie, cras minus aptus erit.

Et Lucanus idem ſuadet hoc carmine,

Tolle moras, ſemper nocuit differre paratis.

Demum Ecclesiasticus idipsum salu-
briter monet, dicens: Non tardes con-
uerti ad Dñm, & ne differas de die in
diem, Subito enim veniet ira illius, &
in tempore vindictę disperdet te.
¶ Sacramentũ Eucharistiæ, ab ægro-
to tempestiue suscipiendum esse, &
vnctionem extremam, anteq̃ vox ip-
sa & ratio mentis elanguida laba-
scat. CAP. XI.

EXpurgaro ab omni sanie pec-
cati animo per veram & inte-
gram peccatorum confessionẽ
sacerdoti rite factam ægrotus augu-
stissimum eucharistię sacramentum
obnoxie sibi deferri petat: reueren-
terque & cum veneratione debita su
scipiat: cum adhuc mens & ratio vi-
get incolumis, cum necdum corpus
morbo confractum defatiscit, neque
contraxit malam aliquam habitudi-
nem: vt stomachi intemperiem, aut
nauseæ fastidium, aliamve debilitatẽ,
ob

ob quam sacrę communionis esse participeps nõ posset. Quanto enim integrior & vegetior fuerit mentis statꝰ, & habitus quantoque valentior ad discretionem ratio, necdum obruta mole ingraviscentis morbi, tanto syncerior erit animi affectus, ad hoc salutare viaticum digne sumendum, tanto itidem intentior mentis ardor, & feruentior flamma pietatis, ac religionis ad id animæ ferculum prædulce, ad id edulium supercœleste recte percipiendum. Ad quam quidem perceptionem, postquam pro suo captu & modo se præparauerit ægrotus, vbi coram conspicit delatum ad se corpus Dominicum, & sanctissimum eucharistiæ mysterium, toto corde in Deum effuso, hæc piè meditetur & proferat. Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum, vt venias Dominus ad seruum inutilem, rex ad militem transfugam, creator ad creaturam tibi rebellem, Mat. 8.

verus Deus ad hominem peccatis ob
situm & sordidatum. Sed tantum dic
verbo, & sanabitur anima mea. Dixi
Gene.1. sti Domine in ipsius mundi exordio
fiat lux, & facta est lux, & de te scri-
ptum est in Psalmis: Quia ipse dixit
Psal 32. & facta sunt: ipse mandauit & crea-
.148. ta sunt. Dixisti etiam Domine Lepro
so: Volo mundare: & statim munda-
ta est lepra eius. Dixisti Domine & ę
Mat.8. co: Respice, fides tua te saluum fecit:
& confestim aperti sunt oculi eius.
Deinq; dixisti languido, diuturno lã
Lucę.12. guore afflicto, Surge, tolle grabatum
tuum & ambula: & protinus surre-
xit sanus, suumq; grabatum sustulit.
oan.5. Sic est omnipotens sermo tuus Dñe
vt quodcunq; dixerit, ilico cõplaceat
Ergo dic dñe verbo, vt sanetur ani-
ma mea à languore peccati: & conti-
nuo recipiet sanitatem. Tu certe ve-
rus es animarum medicus, qui pro
tua benignitate ad me ægrotum pec
catis nunc venire dignatus es. Sana

ergo

ergo animam meam, quia peccaui tibi. Non ſum vtique Domine immemor tuæ humanitatis atque dignationis, qua domum Zachæi principis Publicanorum vltro ſubiiſti, cùpiditateſque ſæculi huius & vincula auiditatis opum, quibus ante fuerat compeditus: è veſtigio dirupiſti, ea hora id conteſtatus. Salus hodie domui huic facta eſt, eo quòd ipſe ſit filius Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere, & ſaluum facere, quod perierat. Ità Domine affer tua præſentia nunc ſalutem domui animæ meæ, quia tu vere es ſaluator mũdi. Me filiorum Abrahæ numero aſcribe, vt in placidum eius ſinum poſt egreſſum ex hoc mundo recipi merear. Erraui toto vitæ meæ decurſu, ſicut ouis quæ periit, & abiit poſt concupiſcentias meas vanas. quære ſeruum tuum Domine, & ſaluum me fac ſecundum magnam miſericordiam tuam. Ecce Domine coram

Pſal. 40.

Lucæ. 19.

Pſal. 118.

tuę maiestatis hic prȩsentis oculis cõ fitcor, quòd tu es Deus creator meus qui me formasti, animamque ad imaginem & similitudinem tuam creatam mihi indidisti. Tu es verus redemptor meus, qui vt me perditũ reparares, acerbissimam in cruce mortem pro me pertulisti, sanguinemq; tuum pretiosum effudisti in meæ redemptionis pretium. Tu etiam es iudex meus iustus & æquus: in cuius manus anima mea deueniet cum primum corpore fuerit exutà, suorumq; operum remunerationem te iudice percipiet. Rogo igitur te Do-
Psal.101. mine per viscera misericordiæ tuæ, in quibus visitasti nos oriens ex alto, non secundum peccata mea facias mihi, neq; secundum iniquitates meas mihi retribuas, sed omnem vitiorum meorum scoriã & rubiginem abrade, quoniam ignis consumens es
Deutr.4. omnem peccati sordem & maculam: vt omnino mundatus & purgatus,

tuo

tuo ſiſtar tribunali. ¶Memini præte
rea ſacrarum literarum monumen- Exo.16.
tis eſſe traditum, O Deus omnipo-
tens, quòd populus Iſraeliticus toto
quadraginta annorũ ſpatio quo per-
ambulabat deſertum, poſt tranſitum
maris rubri, cœleſti mãna fuerit enu
tritus antequam annona quoridiana
à Deo ipſi indulta, etuſque alimonia
& eſu, pertranſito Iordane tandem
peruenit ad terram lacte & melle ma- Ioſuæ.3.
nantem, ſuis patribus repromiſſam.
cuius vt primum fruges & fructus
in alimentum deſumpſit, defecit illi
mãna, quòd amplius ei nõ eſſet vſui
nec neceſſaria. Ecce typum Domine Ioan.6.
& figuram nobis inſinuantem, quod
tu verus es panis vitę, qui de cœlo
deſcẽdiſti: nobis in præſentis vitę cur
riculo tua bonitate cõmunicat9. Tu
viaticũ es noſtrę peregrinatiõis, quo
reficimur & alimur, quãdiu in deſer-
to hui9 mũdi verſamur, & in hoc ſta
dio decurrim9. Deduc igit me dũe p

hanc

hanc ſumptionem tui corporis, per hoc manna ſupercœleſte, in terram viuentium, in regionem illam viuorum, cuius imaginem & ſpeciem expreſſit terra illa palęſtina, in hæreditatem filijs iſrael data, rerum omnium abundans. vbi iam te non amplius panis obuelatum ſpecie, ſenſibiliq; tegmine obductum ſuſcipiam ſed poſito omni velamine, facie ad faciem te conſpicer in gloria patris. Vbi pleno ore te ſumam o ſumma dulcedo, o mira ſuauitas, cœleſtis ſpiritus, & omnes ſanctos feliciſſima tui viſione reficiens, nunquam tamē deficiens. Inſuper & id in ſacra regnorum hiſtoria conſcriptum legitur, o pater optime, q̄ Helias propheta Do-
3. Reg. 19. mini ſomno excuſſus panem ſubcineritium ad caput ſuum inuenit, angelico miniſterio pręparatum: quem vt cœleſti edoctus erat oraculo, manducauit: & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadragin

draginta noctibus vſq; ad montem Dei Oreb, & illic diuina conſolatione confortatus eſt. Tu autem Domine verus es panis et viuus, ſub cinere noſtrę mortalitatis in ara crucis excoctus, igne feruentiſſimę charitatis & acerbiſſimę paſſionis, & nobis relictus in edulium & eſcam, toto noſtrę peregrinatiõis ſpatio. Da igitur mihi Domine gratiã vt nunc digne te ſumam, tuoque ductu & adiutorio, ac virtute panis iſtius ſubcineritiũ ſed ſupercœleſtis, perueniam vſq; ad montem tuum ſanctum & ſublimẽ nubes tranſcendentem, & alta cœlorum culmina: vbi reuelata facie te merear intueri, teq; laudare per omnia ſęcula O ſalutaris hoſtia, quę cœli pandis oſtium: bella premunt hoſtilia, da robur, fer auxilium. Vere ſalutaris & viuifica hoſtia, pro humano genere in altari crucis oblata: ad quam oculis benignæ acceptationis reſpexit Dñs, ſicut ad Abel & ad munera Gene. 4.

nera eius, quia sancta est, immaculata & incontaminata. Eandem quoque acceptam habuit pater cœlestis, atque
Gene. 8. gratissimam, sicut ipso Noe post diluuium offerente holocaustum Deo odoratus est Dominus odorem suauitatis, pollicitusque est se amplius nō immissurum terræ inundationem aquarum, Longe verius Domine & plenius es reconciliatio totius humani generis cui prius infensus pater æternus, iam placatus est, mitigat aq; eius in homines ira. Idcirco vere cœli pandis ostium, quoniam occluse primorum parentum reatu fores regni cœlorum per te salutarem hostiam reseratæ, parefactęque sunt. Et ꝛō phça illa ignea quę admota fuerat in custodiam vię Paradisi, tua virtute
Gene. 3. hebetata est ac dimota. Nunc o Domine, me bella premunt! hostilia leonum rugientium, qui pręparati sunt adescam vt rapiant animam meam. Toto quidem vitę meę tempore, diuersa

uersa me prælia infestarunt nequitia rum spiritualium, variiq; huiusmodi hostium conflictus me vexarunt. Sed nunc longe acrius instãt hostes illi infensissimi, valẽtius vrgent, premunt instantius: quando & minus virium mihi est ad contranitendum ipsorum insultibus, & minus spatij ac temporis supereſſe sibi vident ad me oppugnandum. Neq; mihi o Domine vires suppetunt, neq; adest potestas ad obsistendum bellis istis hostilibus, quoniã multo fortiores me sunt impugnatores mei, & potentiores: nisi feras laboranti suppetias, & dexteram tuam porrigas labãti, Ergo da robur o Domine, & fer auxilium mihi in anxia necessitate constituto. Cõpesce ferociam hostium, contunde ac reprime illorum sæuitiam. Vt sicut in domos eorũ q postes san guine agni paschalis obliuerãt, nõ potuit ingredi exterminator ad primogenitorũ interitũ, ita sup me tuo mu Exodi.

nitum

nitum prȩsidio, tuiq; sacratissimi cor poris virtute suffultum non prævaleat inimicus, sed dissipetur & fugiat à facie tua more ceræ liquescentis ab ardore ignis. Et quemadmodum per agni, paschalis immolationem sub ipsum ab Aegypto discessum liberatus est populus tuus Dñe á dura Pharaonis tyrannide, & à fornace ferrea Aegypti, ita sanctissimi tui corporis muniminein extremo mortis & duro agone protegar ab hostili incursu & á faucibus prędonis animarũ. Esto mihi Dñe turris fortitudinis á facie inimici; vt nihil proficiat in me inimicus, & filius iniquitatis non apponat nocere mihi. ¶ Hęc vbi peroraverit: aut his nõ dissimilia, suscipiat cũ bona fiducia, fide, & spe ægrotus dignissimũ cõmunionis sacramentum plenè cõfidẽs se illius protectione ab hoste maligno tutũ fore, eiusdẽq; directione ad æternã gloriã peruenturum. Cęterũ cum percipitur morb⁹ ipsę

Exod, 12.

Psal. 188.

ipſe nulla medicorum arte curari poſ ſe,& tandem naturam infirmitate de- uictam conſtat certis indicijs declina re ad interitum,extremæ etiam vn- ctionis ſacramentum tempeſtiue mi- niſtretur ægroto, quãdo necdũ vis naturæ oĩno proſtrata morbo iacet, neq; interceptus eſt aut pręcluſus lin guę vſus.quoniam tũc infirmus ma iore deuotionis affectu & integriore animo poteſt ſacram illã vnctionem ſuſcipere,& exinde vberiorem capere gratię fructum. Quod ſi ad vltimũ vſq; ferè vitę momentum differatur illius ſanctę inunctionis adminiſtra- tio,neque mens ægroti tunc recte va let intendere vires iam defectas illi ſa cro myſterio,neque tã prompte ſeip- ſam ad Deum erigere. Ad hæc, perio culum eſt non mediocre ob tantã di- lationem,ne manibus inungentis ſa- cerdotis intermoriatur ipſe lãguidus antequã ſacroſanctę illius peruncti o nis cõpletum ſit miniſterium. Quod

si fortasse contingeret, quod supereſt illius mysterij, omittendū foret interueniente morte, & prętermittēdum, vt nōnulli sentiunt & nō immerito, quoniam viuis tātum adhibēda sunt sacramenta ecclesiastica.

¶ Quód moriens sine obmurmuratione in Deum libenter & sponte accommodare se debet diuinę voluntati in perferenda subeundaq; morte.

CAPVT XII.

AT quoniam multoacrior, quā in toto vitæ tempore instat hostis antiquus in ipso mortis articulo ad subruendum hominem, & rapiendam eius animam, tum quia ob morbi grauitatē & acerbos vicinæ mortis dolores, mens & ratio propemodum prostrata, minus habet virium ad obnitendum grauissimis eius insultibus, obrutaque mole agonis extremi, imbecillior redditur

ad con

ad contra pugnandum, tum quia videt hostis noster suę oppugnationis instare metā, & terminum esse propinquum, quo transacto, amplius potestatem non habebit quippiam fraudis moliendi in illius morituri perniciem, quodq; si tunc effugiat manus eius anima languidi & moribundi, nunquam deinceps eam poterit obtinere, aut retibus suis illaquearc, vt eo tempore locum habeat etiā illud beati Ioannis verbum: Vę (inquit Apocalypsis) terræ & mari, quia descendit diabolus ad vos, habens iram magnam, sciens q̄ modicum tempus habet. Et idcirco omnes astus suos & nocendi artes tunc explicat, & exercet in ipsa mortis vicinia: omnesque tendit laqueos, quibus animā mox à corpore exituram capiat. Tunc sæuior insurgit, horridioreq; rugitu dentibus infrendens leo, vt asportet prædā, & deuoret animā cruento ictu, Idcirco validioribꝰ opus est armis, & Apoc. 12.

acutioribus telis, quibus instructus & prçmunitus homo, extremũ hoc prælium fortiter sustineat & feliciter cõficiat. Quç sane spiritualia militiç Christianç arma nũc pro viribus apparare connitemur. ¶In primis itaque suggerere solet hostis noster ipsi ægroto desiderium vitç longioris, & grauem ingerere tristitiam, ꝙ nũc relinquendũ est prçsentis vitç munus & finiendus vsus, cum adhuc viridis & vegeta floret ætas: nunc formç venustioris amittendus decor, cum vix bene pubescit, & prima lanugine malas obducit: nunc deniq; iuuenile robur, antequã adolescat, suumq; attingat incrementũ, morte cõterendum Quod si ad prouectiorem iam ætatem processerit qui decumbit moriturus, obijcit illius menti aduersarius noster, necdum expletam esse suæ naturç periodum: potuisse multos adhuc annos se superuiuere, si morte prçoccupatus non fuisset: pleroscq; se

ptua

ptuagenariã aut octuagenariã ætatẽ explere, quinimo nonnullos inueniri, qui centesimum attingãt vitę suæ annum. Ita sané Theophrastus moriens (teste in Tusculanis Cicerone) accusasse naturã dicitur, quod cornicibus & ceruis diuturnã, hominibus autem (quibus longior ætas maxime ad discendum conferret) perquã exiguã dedisset vitã. Vnde in obmurmurationem contra diuinę voluntatis decretum, harum rerum consideratione inimicus noster lãguidum inducere tentat, vt immitem Deum & durum sibi incuset, quod tã celeriter iubeat ipsum hinc demigrare: atque ita Dei beneplacito reluctãs atq; obnitẽs inuitus moriatur, Deoque iniurius & contumelioſus. ¶ At contra hãc periculosam hostis suggestionem, oppositarum rerum cõsideratione munien dus est lãguentis animus, & ante oĩa firmãdus, vt diuinę dispositioni obdurata frõte se nõ opponat, nec rebellis in

lis inueniatur, sed prompte illi & liberè se submittat, libenter amplectẽs quicquid de seipso ordinauerit diuina illa prouidentiâ, quæ attingit à fine vsque in finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Quinimò gratias
Sapient. 8 agat suo cõditori & gubernatori deo ꝙ tantum sibi vitæ spatium indulserit, multis ante se alijs negatum, ꝙ ad illã vsque metã fila decurrentis vitæ produxerit Deus atque protraxerit, quam plerique non valuerunt attingere, succiso prius vitę ipsorum stamine, Voluat itidem animo nonnullos infantes in ipso vitæ limine ac introitu extingui, eandemq; horã habere natiuitatis & mortis. Alios puerilem vix implere ætatem, aliquos in primo adolescentiæ flore viridiq; iuuenta morte intercipi. Multos se cognouisse coætaneos & coæuos suos sibiq; familiaritate & sanguine coniunctos, qui iampridem ex hac luce subtracti sunt. Longè mitius atque beni-

benignius secum à Deo factum esse, qui diuino indultu ad hoc vsq; euum vitam traduxerit, & diuturniorem (quàm sui gentiles aut necessarij) viuendi moram cœlesti munere obtinuerit: ad opera bona cumulatius exercenda, ad pœnitentiam etiam de peccatis cõmissis opportunius agendam. Hæc siquidem diuina sunt beneficia, non omnibus passim collata, & magna gratiarum actione digna. Secum præterea reputet ægrotus, se insuper multum debere deo quod nõ fuerit hinc repentino interitu abreptus, sed præcedente aliquãtisper lãguore quasi nuntio venturæ mortis leuiter abductus, vt præuideri mors ipsa potuerit & prænosci. Idcirco magni beneficij loco id ducat, sibi datũ esse tẽporis spatium ad disponendum domui suæ, ad ecclesiastica sacramenta ritu Christiano percipienda, ad animam suam Deo commendandam. Hæc si attentius considerauerit ægro

tu ab omni in Deũ demurmuratiõne mentẽ & linguã continebit. & ad exoluendas diuinę bonitati gratias toto animo erigetur. ¶ Nempe si ante annos pubertatis, aut in primo illius ingressu, morte sustolli quempiã contingat, hic materiã habet Deum laudandi, quod ex hac ærumnosa vita eum tempestiue eripiat, antequam blãdimentis huius mundi illiciatur ad flagitia & grauia peccata, quę fortasse incurret, si diuturnior sibi esset vita, nec incurreret modó, sed & in illis forsan moreretur & corpore & anima. Quod ita Sapiẽs non minus prę
Sapient. 6 clarè, q̃ grauiter cõprobat: Iustus (inquit) si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit: Senectus enim venerabilis est, nõ diuturna, neq; annorum numero cõputata: Cani autem sunt sensus hoĩs, & ętas senectutis, vita immaculata, Placẽs Deo factus dilectus & viuẽs inter peccatores translatus est. Raptus est ne malitia mutaret in

ret intellectum eius, aut ne fictio de-
ciperet animam illius. Fascinatio enim
nugacitatis obscurat bona, & incon-
stantia cõcupiscentię transuertit sine
malitia. Consummatus in breui, ex-
pleuit tempora multa. Placita enim
erat Deo anima illius, propter hoc
properauit educere illum de medio
iniquitatum. Hæc sapiens. Quæ
vnumquenque in teneris adhuc an-
nis aut adolescentiæ flosculo hinc à
Deo euocatum, consolari merito de-
bent & confortari, quod interdũ cor
reptior ętatis mora contractiorq; vi
ta animæ salutaris est, neque illius sa-
luti quicquã detrahit. Quid obsecro
sanctis innocẽtibus derogauit, quod Matt. 2.
lactẽtes Christũ non loquendo, sed
moriendo confessi sunt? Quid item
sacratissimę virgini Agneti prędiu-
cauit, quod decimo tertio ętatis suæ
anno mortẽ pertulit, & vitã inuenit
Quid deniq; cãdidissimę virgini Ca
tarinę obfuit, qui decimũ octauũ vitę

agensannum,triumphato tyrãno,felici martyrio consummata est? Non enim refert (vt inquit Seneca) quandiu vixerimus,sed q̃ bene. Sin vero ad ætatem maiusculam,vt adultam,aut prouectiorem,fuerit eius qui languore & mortis tẽlo premitur vita producta,tanto magis obstringitur adacceptum illud vitę beneficium magna gratiarũ actione prosequendum,quãto maiorem ea ratione habuit opportunitatẽ,vt prudentia insignis & virtute consummatus euaderet. Nihilo tamen secius & succisionem vitæ & ablationẽ imminentem habere gratã debet,quoniam periculosa est mundi huius habitatio,& multis casibus obnoxia. Si enim boni sumus, quotidie versamur in periculo,ne ea bonitate vitæ excidamus, & prolabamur in vitia, à quo lapsus discrimine mors ipsa nos liberat,redditq; securos. Sin peruerse viuimus, productior ætas adauget plerunque nostra mala. nam

aliis alia adñcimus, vt dies diei adiungitur, verumq; tunc est verbum beati Augustini, quod qui crescit ætate, crescit & iniquitate. At morte interueniente, peccādi saltem finem facimus, neq; amplius cum dierum decursu crementum accipit iniquitas nostra. Demum quacunq; sit ætate, qui migraturus est breui ex hac vita, hāc emigrationem libens debet amplecti, quia ita Deo visum est, cuius voluntati obtemperare, moremque gerere debet alacriter, & ad Domini vocantis imperium promptus abire. Vt tēm ex Cicerone in libro de senectute, iā ante est adductum. Quod cuiq; temporis ad viuendum datur, eo debet contentus esse. Inutilis sanè & rebellis est seruus, qui Domino vocāti detrectat obsequi & assistere: qui vocatus recusat illi occurrere, causaturque multa, ob quæ accersentem Dominū non accedat. Ecce vocat nos noster & omnium Dominus, ad alterius vi-

tæ sta-

tę ſtatum. Cur igitur illi reluctamur & contrarie nitimur illius imperio, quod tamen velimus nolimus, tandem exequemur? Itaque ſponte faciamus, quod etiam inuiti ſumus facturi: & neceſſitatem ipſam in virtutem cõuertamus, ampliore prçmio donãdi, ſi ſpontanei vita exceſſerimus. Cõmiſit itidem nobis Dominus depoſitum (animã inquã corpori noſtro cõpactã) quod nũc repetit, curtardamus igitur & cunctamur, aut cur refugimus repetenti reddere depoſitũ? Audiatur (obſecro) ſanctus Cyprianus in ſermone de mortalitate, ita hanc noſtram Deo rebellem volũtatem increpitãs: Meminiſſe debemus voluntatem nos non noſtram, ſed dei facere debere, ſecundum quod nos deus quotidie iuſſit orare. Præpoſterũ eſt igitur atque peruerſum, vt cum ipſius Dei voluntatem fieri poſtulemus, quãdo euocat nos & accerſit de hoc mundo Deus, non ſtatim volũtatis eius

Matt. 9.

tis eius imperio pareamus. Obnitimur ipsi & reluctamur, & peruicacium more seruorum ad conspectum domini cũ tristitia & mœrore perducimur, exeũtes istinc necessitatis vinculo, nõ obsequio volũtatis: & volumus ab eo præmijs cœlestibus honorari, ad quem venimus inuiti. Quid ergo sedulo rogamus & petimus, vt aduenìat nobis regnum cœlorum, si captiuitas terrena nos delectat? Quid precibus frequenter iteratis rogamus & poscimus, vt accelcret dies regni, si maiora desideria & vota potiora sunt seruire istic diabolo, quàm regnare cũ Christo? Hęc Cyprianus Exemplo igitur beati Iob, & commutatis parum verbis. cũ accimur à Domino ex hac vita, dicamus: Si vitam de manu Domini suscepimus, mortem etiam quare non sustineamus? Dominus dedit vitã. Dominus vitã abstulit: sicut Dño placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum, Et ita Iob. 1.

Et ita non peccabimus labijs nostris neq; stultum quid contra Dominum loquemur. Subeat etiam animum nostrum cum sumus morituri, ipsa le su Christi oratio ad patrem, quã imminente passionis hora in horto habuit semel, iterum ac tertio. Qui cũ nostrę infirmitatis conditionem exprimens, petijsset à patre ipsum calicem passionis à se transferri, subiunxit semper: Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis: & non mea voluntas sed tua fiat. Non venit certe Dominus noster facere voluntatẽ suam, sed voluntatem eius qui miserat eum patris. Et nos ipsi dura cervice, frontęq; peruicaci obnitemur diuinę voluntati, & nostrã illi præferemus? Quęnam est hæc insolentia & temeritas nostra, qui sic propriæ voluntatis sumus amatores, vt eam diuinę volũtati præponere nõ erubescamus, nec dubitemus? Tantáne nè nosipsos iam moribundos tenet arro

Matt. 26.

Ioan. 6.

gantia

gãtia & contumacia, vt diuinę iussio ni contraire, ac obniti non formide- mus? Oramus quidem quotidie De- um: & labijs obstrepimus: Fiat volun Matt. 6. tas tua sicut in cœlo & in terra. Ve- rum factis & operibus illi orationi contradicimus, & Dei voluntatem in nobis fieri recusamus. Non ita sanè beatus Martinus, & virtute & signis dum adhuc viueret clarissimus, facti- tasse legitur. Qui cũ resolutionẽ sui corporis imminere suis discipulis prę dixisset, omnesque suos illo conster- natos nuntio, & profusis lachrymis obnixè eum rogantes ne se desereret audiret: miserationis visceribus affiu ens, ita Dominum orasse legitur: Do mine, si adhuc populo tuo sum ne- cessarius, non recuso laborem: at si parcis ætati, bonum est mihi, fiat vo luntas tua. Cuius exemplo, nec mortem extimescentes, nec vitam recusantes, abdicemus voluntatem nostram, cum extrema vitæ venerit hora

hora, nosq; diuinę voluntati omnimo submittamus.

¶ Patientiã summopere morienti esse necessariam, ad leuiter perferendos corporis dolores, quibus torquetur.

CAPVT XIII.

SEcundo loco obiicit antiquus hostis languido iam ad mortem rendenti acerbos ac acres, quibus excruciatur, dolores: caput, inquam, grauiter torqueri, stomachum laborare diro cruciatu, latera male affici, cor ipsum vehementer affligi: & denique nullam esse corporis partem, quæ non grauissima morbi molestia vexetur, vt à plãta pedis vsq; ad verticem capitis, non sit in eo sanitas. In super ingentem tristitiã ingerere studet idem tentator animę ęgroti, corpori sic afflicto, quasi naturali qnodã commercio cõdolenti, ægreq; ferenti, socium corpus tantos immerito perferre dolores, quos intolerabiles

Esaiæ. 1.

existi

existimat ac iudicat. Hinc animũ in indignationem concitare molitur & impatientiam continuis furoris stimulis eundem (modo sinatur) exagitãs, inducensq; ad euomendã in Deum blasphemiam iniustum illum & immitẽ dictitãs, qui tã miseris excrucruciari modis patiatur hominem nil tale merentem. ¶ Verum patientiæ clypeo ac tegmine muniendus est lãguentis animus, & forti virtutis illius armatura suffulciendus, ne huiusmodi succũbat telis & incursibus inimici, quoniam, vt Apostolis ipsis, ita & nobis omnibus Christi (vt nomẽ ipsum quo insignimur, cum Christiani vocamur, indicat) etiam discipulis dictum est ab ipso cœlestis disciplinæ magistro: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Hæc vna est virtus, quæ securos nos reddat animarum nostrarum in regno cęlorũ possessores: modo, vt ignaui & vecordes milites, non abiiciamus eius Luc. 21.

clypeum. Et quod beatus Paulus Hebrçis scripsit, nobis quoq; cum in omni vita, tum in ipso mortis duello
Hebrç.10. dictum putemus: Patientia vobis necessaria est. Ad hanc autem eximiam virtutem ita nos exhortatur Cyprianus in sermone de mortalitate: Sit licet rei familiaris amissio, sit de infestantibus morbis, assidua mẽbrorum & cruẽta vexatio, sit de vxore, de liberis, de excedentibus charis funebris & tristis auulsio: non sint tibi scandala ista, sed prælia: nec debilitent aut frangant Christiani fidem, sed potius ostendant in colluctatione virtutem, cum contemnenda sit omnis iniuria malorum prçsentium fiducia futurorum bonorum. Nisi præcesserit pugna, non potest esse victoria. Et cum fuerit in pugnæ congressione victoria, tunc datur vincentibus & corona. Nam gubernator in tempestate dinoscitur, in acie miles probatur. Delicata iactatio est

cum

cum periculum non est. Conflictatio in aduersis, probatio est virtutis. Arbor, quæ alta radice fundata est, ventis incumbentibus non mouetur. Et nauis quæ forti compage solidata est: pulsatur fluctibus, nec foratur. Et quando area fruges terit, ventos grana fortia & robusta contemnunt, inanes paleæ flatu portante rapiuntur. Sic & Apostolus Paulus post naufragia, post flagella, post carnis & corporis multa & grauia tormenta, non vexari, sed emendari se dicit in aduersis, vt dum grauius affligitur, verius probaretur. Datus est mihi (inquit) stimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet vt non extollar. Propter quod ter Dominum rogaui, vt discederet à me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nã virtus in infirmitate perficitur. Quando ergo infirmitas vel imbecillitas & vastitas aliqua grassatur tũc virtus nostra perficitur, tũc fides 2. Cor. 12.

si tentata prestiterit, conatur, sicut scriptum est. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Hęc Cyprianꝰ, Quinimo idem in sermone de bono patientiæ, luculenter ostendit & sacrę scripturæ testimonijs & exemplis ex ea deprõptis, q̃ necessaria & vtilis est hęc inclita virtus ipsamq; insignirer commendat, vt ipsa dicti sermonis lectio, quemque planius edocebit. ¶ Ad quã quidem virtutem vt animum prępareꝰ in extremo illo agone constituti, corde voluamus oportet & ore profiteamur, ꝙ quicquid doloris patimur in corpore, peccata nostra meruerunt, imó quod multo acerbiores dolorũ aculeos sumus cõmeriti, si peccatorũ nostrorum attendatur grauitas, & iusta exposcatur cõpensatio. Testatur id ipsum beatus Gregorius in moralibus, his verbis: Iusta sunt cuncta quę patimur, & ideo valde iniustum est, si de iusta passione murmuramus.

Eccle. 17

Quarę

Quare benigniter nobiſcũ agere deum cogitemus, quod tanta iniquitatum mole grauatos iã leui afflictatione caſtiget, illiq; gratias agamus de huiuſmodi doloribus inflictis longe minore aſperitate atq; ſeueritate, q̃ ſcelerum noſtrorum expoſtulet ratio Si quidem membra corporis noſtri, fecimus arma iniquitatis & nequitiæ, ad ſeruiendum immunditię & voluptatibus, & quæ acceperamus in vſum naturæ ac virtutis, cõuertimus in vſum culpę. Oculos noſtros multis inceſtauimus impuris aſpectibus, cor noſtrum illicitis cogitatibus: manus inquinauimus iniquis operibus & linguam vanis ac noxijs ſermonibus, vt nihil in nobis ferè ſit mẽbrorum, quod non fecerimus inſtrumẽtum perpetrandi alicuius facinoris. Quid igitur iniuſtitię nobis irrogatur à Deo, ſi ad plectendum membrorum noſtrorum vſum iniquum, infertur illis pro voluptate inconceſſa

dolor acerbus in excoctionem atque abrasionem contractę labis? si noxiæ corporis delectationes cruciatu doloris expientur ac diluantur? Adde quod huiusmodi dolor corporalis vbi placido animo modestoque fertur, mirum in modum valet ad sordes animæ nostrę detergendas, creditque diuina acceptione in aliquantam satisfactionem peccatorum antè commissorum, atque in diminutionem supplicij illius debiti, Quando adiutrice patientia, praua delectatio culpę eluitur fornace atque camino inflicti doloris. Quinimo si cum gratiarum actione suscipitur & perfertur dolor ille corporis languentē excrucians, ignis purgatorij vices agit, animamque reddit excocta omni scoria pristinæ malitiæ, puriorem auro fuluo, & gemma fulgentiorem, vt cum primum corpore fuerit exuta, protinus ad cœlum nitida euolet, neque amplius indigeat purgatorij

ignis

ignis ministerio aut incendio. Magnum ergo præstatur beneficium homini à Deo in irrogatione huiusmodi dolorum, facta corpori moribundo, quandoquidem per illos vbi seuiter & placide tolerati fuerint, datur illi euadere acerbitatẽ ignis post transitum ex hac vita expiatorij, multa doloribus illis acriorem & vehementiorem, libenterque debemus à Deo expoſcere hanc commutationẽ ſupplicij, poſt obitum punitorij atq; purgatorij in dolorem temporariũ hic perferendum in corpore pro admiſſorũ noſtrorũ abolitione, quemadmodum beatus Auguſtinus oraſſe Dominum ſedulo legitur his verbis Domine, hic vre, hic ſeca: vt in æternũ parcas. Ita & paternã correptionẽ à Deo nobis hic adhiberi in ſpiritu lenitatis potius expoſcere debemus, q̃ poſt hãc vitã ſeuiorem caſtigationẽ in virga & manu æquitatis, quod & ipſe Deus nobis, vbi id iugum fer-

re ſumus parati, libẽter impartit, quẽ admodũ dicit beatus Gregorius: Miſericors (inquit) Deus temporalem interdũ ſęueritatem adhibet, ne æternã inferat vltionem. Et cum ſecundum Apoſtolũ, diligentibus Deum oĩa coRoma. 8. operẽtur in bonum, ipſius etiã morbi proximè mortẽ antecedentis diuturnitas & grauitas, cooperatoria nobis eſt ad ſalutem, modo illum grato ſuſcipiamus animo: non ſolum vices exercens debitę poſt mortem purgationis per ignem, verum etiã aditum ad cœlum parãs, viamq; ſternens ad atria paradiſi, teſte ad Corinthios A2 Corin, 4. poſtolo, cum ait: Id enim quod in prę ſenti eſt momentaneum & leuę tribulationis noſtrę, ſupra modum in ſublimitate æternum glorię pondus operatur in nobis. Et ad Hebræos: Omnis autem diſciplina, in pręſenti Hebrę. 12. quidem videtur non eſſe gaudij, ſed mœroris: poſtea autem fructũ pacatiſſimum exercitatis per eam reddet

iuſtitię

iustitię. Certe ipsa morbi molestia, & dolorum mortem prȩcurrentium acerbitas, quædam est correptionis portio, nobis à Deo benigniter inflicta, ad meliorem nostrę salutis prouentum, quemadmodũ Paulus Apostolus Hebrȩos incusans, quòd ȩquanimiter illatas non ferrent tribulationes, ait: Obliti estis consolationis quę vobis tanquã filiis loquitur, dicens: Fili mi, noli negligere disciplinam Domini, neq; fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, castigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit. In disciplina perseuerate, tanquã filiis, vobis offert se Deus. Quis enim filius, quẽ non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri & non filij estis. Hæc Paulus: Itaque flagellum diuturnioris morbi & virgam acerbiorum dolorum læto & alacri animo perferre satagat ægrotus: existi-

Hebrę. 12.

Prouer. 3.

Apoca. 3.

mans illa nullo modo conferri posse ad magnitudinem felicitatis æternæ cuius fores referãt & patefaciunt introitum. Non enim sunt condignæ passiones huius tẽporis (vt scribit Apostolus ad Romanos) ad futuram Roma. 8. gloriã quę reuelabitur in nobis. Ecce quot fructus vberes, quot emolumẽta salutis hoi accrescũt, ex dolorũ in morte corpus prementium ęquo aĩo facta perpessione. Exterguntur in primis eo antidoto peccatorum sordes prius contractæ: purgatorius ignis in tẽporalem cõmutatur afflictionẽ, & supernę ciuitatis tecta reserantur. ¶ Ad hæc, dolor ipse ante mortis aduentum afflictãs corpus, malũ censeri nõ debet, neq; refugi vt iniquum, virtutive repugnãs, quãdoquidẽ (vt ait Cicero in libro de senectute) nihil potest malũ videri, quod naturæ necessitas afferat. Dolorem autem in morbo postremo, & ipsam morbi grauedinem non minus affert naturę

lex

lex atq; conditio, q̃ ipsam mortem, illa constituto ordine ferè consequentem. Et paulo post idem ait: Quid est aliud gigantum more bellare cũ dijs, quàm naturę repugnare? At qui morbo præcedenti mortem & affectæ eius dolori indignatur & obluctatur, naturæ manifestè repugnat quæ prænũtium mortis inducit morbum & dolorem illius comitem.

Cum Deo igitur pugnat, qui morbũ ante mortem, & socium illi dolorem execratur & auersatur, indignè ferẽs è duro torqueri mortis aculeo, quem Deus illi irrogat & infligit: quisque nullam habet suapte natura malitiæ notam aut labem annexam. Quod enim cum absoluta virtute coniungitur, quod optimo cuique viro contingit, quod denique à recta ratione nihil habet exorbitãs, quomodo malum haberi poterit, aut cum horrore debet refugi? Hæc autem omnia ipsi corporis dolori competere possunt.

Itaque

¶ Itaque magnitudine morbi & dolorum obruta mens, vt in immani quadam mole, nitatur excutere id pondus iniectum, & caput attollere, eadem obnubilata nebulis atris, suos euibret radios: discussaque caligine densa qua obducitur, suum lumen eiaculetur liberius: neq; dolori cedat, neque morbo prostrata succũbat, sed æquo ferat animo hãc naturæ infirmitatem, & forti pectore vincat. Quod si exempla petat humanus animus
Iob. 2. perferendi modestè doloris, quibus acrius incitetur & animetur ad patientiam, conspicetur sanctum Iob, percussum vlcere pessimo, sedentem in sterquilinio, & sanie testa radentem qui tamen animo oĩbus his malis superiore, de diuina prouidentia, de cõmuni oĩm resurrectione, de diuinæ iustitiæ rectitudine, & cæteris altissimis mysterijs sublimiter disceptat & disserit. Intueatur & sanctos athletas ac martyres Christi, inter acerbos cor-

porũ

porum dolores (quos despicabantur & paruifaciebãt) hymnum Deo canẽtes & alacri vultu lætaq; facie currentes vltro ad mortem. Demum conuertat mentis oculos ad IẼ SVM Christum verum regem martyrum, sanguineo sudore in horto madentẽ, flagris cæsum, spinis coronatum, manus & pedes clauis transfixum, latus lancea traiectum, atque solutis artuum compagibus, distentisque neruis alta in cruce pendentem, cũ tãta quidem doloris acerbitate, vt Propheti- Thren.1.
co testimonio cõtestetur nullum suo dolori similem inueniri, aut æquiparandum. Atque exinde sumat leuiter ferendi dolores suos ægrotus argumentum atque materiam. Si enim ipse dominus Deus noster, nulli vnquã peccato obnoxius tam graues pertulit dolores, vt nos à captiuitate dæmonis redimeret: quid faciemus nosipsi serui inutiles, tantis inquinati malis & peccatis saucij? nonne, vt

Christo

Christo nostro capiti conformemur omnem morbi (cum mors ingruerit) molestiam, omnemq; dolorum acerbitatem in nostrorum saltem peccatorum expiationem libenter tolerabimus? Postremum, graviores aliorum hominum adhuc vitam trahentium dolores, annuum aut longiorē morbū, diuturnū in lecto decubitū, ob ambulandi aut membra movendi impotentiam, exesos morbo & arrosos eorum artus: animo suo obijciat languidus, necnon durum aliorū carcerem, catenarū stridorem & molem, & cætera id genus tristia incommoda, quorū consideratio haud mediocriter suum leuabit minuetq; dolorem, cū secum reputabit se longe minore cruciatu affligi, & qui ad illiorū collationem penè nullus, aut admodum modicus videri debeat.

Ouidius. Illudq; salutare monitū sibi à Nasone suggeri frequenter existimet:

Neq; enim fortuna quærenda

Sola

Sola tua est, similes aliorum respice casus,
Mitius ita feres.

¶Nõ debere molestam esse ęgroto derelictionem bonorum externorum, deliciarum, & gloriæ huius mundi.

CAPVT XIIII.

INgerit pręterea occultis suggestionibus hostis noster animo decumbentis extremo morbo (modó id possit) grauem tristitiam: quod huius vitæ commodis priuetur & bonis sensibilibus quod corpus suum cogatur relinquere, delicijs assuetum, & mollibus oblectamentis, quibus amplius non perfruetur, quod magno sudore peruigiliquè cura congestas opes, alijs dimittere compellatur, quod denique regia sceptra, magistratus, dignitates, honores, aut ecclesiasticos, aut ciuiles, quibus hactenus est perfunctus, derelinquere debeat, & his omnibus ad mun-

ad mundi gloriam ſpectantibus nudari. Cui quidem ſuggeſtioni triſtitię ſi prębet aditum infirmus, protinus mœrore contabeſcet, tãtoque conficietur animi dolore, vt atra obductꝰ animũ nube, nihil rectũ, aut ſuæ ſaluti cõgruum, poſſit cogitatiõe pertractare. Suſpirabit enim anxius illorũ quę hic ardenter amault bonorũ deſiderio, & inuitus cũ miſerabili querimonia abducetur ab huius vitę incolatu. quare mors illius reddetur difficillima, animæque ſuæ periculoſa.

¶ Certe diffidendum non eſt, illos qui impenſius ęquo fuerunt addicti, cũ viuerent ſoſpites, corporis voluptatibus, aut cõgerendis diuitiis quas propenſius amauerint, aut pompę huius mundi in cultu nitido, ſupellectile ſplendida, magiſtratuve magnifico obeundo, difficilẽ ſuſtinere & experiri ex hac vita tranſitum quod vehemẽtiore q̃ par ſit affectu his bonorſi vmbris alligari cõpedes ſibi & manicas du-

duraq; vincula compegerunt, quibus arctius sunt constricti, & proinde molestiorem sentire & duriorem animæ à corpore solutionem, quasi retinaculis quibusdam detentę. Quę vero cũ vitam degerent, longo vsu ac virtutis exercitio per mysticam quandam mortem (de qua in superiore loco factus est sermo) abduxerunt animam atq; secreuerũt à corpore, delectamẽta carnis abiecerunt, diuitias asperna ti sunt, gloriã mundi concalcauerunt ijs ipsis, quoniam mortui sunt mundo, hęc hostis impugnatio incõmodare non potest aut officere. Non em̃ inuiti relinquent corpus suum, iãdiu in ipsis pręmortuum, & ab omnib⁹ illecebris auocatum. Non itidem cũ dolore suas relinquent diuitias, ad quas dum viuerent non fuerũt ardẽter affecti. Nõ deniq; superbos fasces principatus, & primatum in populo, ægro animo dimittent, quoniam per abductionem diutinam animæ

à corpore, omnia hæc tanquam fumum euanescentem parui fecerunt, & habuerunt contemptui. Proinde soluti catenis istis & expediti, è carcere corporis exeunt sine ægrimonia, atq; in liberiorem alterius vitæ campum se cum mira facilitate traducunt. ¶ At quoniam paucorum est admodum hãc auocationem animæ à corpore & affectibus eius in hac vita perfecte assequi ob nimiam in corpus indulgentiam atque propensionem nostram: instruendæ nunc sunt machinæ ac tormenta, quibus irrita reddatur modo explicata hostis impugnatio. Et in primis animo reputet secum ægrotus, non difficilem sibi debere videri eius redditionem vestimenti, quod vt tandem redderet, precario ad tempus accepit. Animæ autem nostrę integumentum, est corpus, quod accepimus à Deo, ea quidem lege & conditione, vt cum vetustate fuerit detritum, aut aliquo morbi for

bi fortuite cladis casu concisum, re-
petenti Domino reddatur: vt reuer-
tatur in terram de qua sumptum est
& cõputrescat in sepulchro. Ea sane
est lex cuique hominum præscripta:
quam omnibus inuulgat hic locus
psalmi: Exibit spiritus eius & reuer- Psal.145.
tetur in terram suam: in illa die peri-
bunt omnes cogitationes eorũ. Non
igitur molestam centere debet ipsius
corporis depositionem, ne iniustitiæ
veniat insimulandus & iniquitatis:
vt is, qui acceptam mutuo vestẽ Do-
mino reposcenti, aut reddere recusat
aut reddit inuitus. Diuitiæ itidẽ no-
bis à Deo permissę sunt ad vsum ac
rectam dispensationem, ea etiã con-
ditione, vt cum nostrę administrati-
onis temporarie exactum fuerit spa-
tium, alijs eas contradamus ac relin-
quamus prudẽter & fideliter pro suo
tempore dispensandas, neq; eas hinc
asportemus, vt quę in prȩsenti tantũ
vita aut dispẽsari, aut vsui esse queãt.

hanc planè legem nobis insinuat bea-
ob.1. tus Iob dicens: Nudus egressus sum
de ventre matris meę, & nudus re-
uertar illuc. Et Ecclesiastes, Sicut
ccle,5, egressus est nudus de ventre matris
suæ, sic reuertetur, & nihil auferet sę
cum de labore suo. Quibus conso-
nat beatus Paulus, ita scribens ad Ti
motheum: Nihil intulimus in hunc
Timo.6. mundum, haud dubium quia nec au-
ferre quid possumus. Atqui dispensa
tionis nostrę tempus ad diuitias in
vsum nostrum & aliorum recte dis-
partiendas designatum, in ipso mor-
tis articulo finitur. Cur igitur inui
ti relinquimus illud administrationis
munus, & cum anxia mentis querela
simul & ea quæ suscepimus dispẽsan-
da? Si enim asportare ea hinc cupi-
mus, iniusti protinus esse conuince-
mur, qui ea auferre velimus, quę huc
non attulimus. Sin vero diutius hic
manere superstites optamus, vt diu-
turniorem exerceamus earum rerum

dispẽ-

diſpenſationem, arrogantes videbimur & inſolentes: commiſſorum negotiorum curã & adminiſtrationem diutius gerere volentes, q̃ velit Deus à quo eam ſuſcepimus prouinciam. Præterea, cum ea diſpenſatio adminiſtratioque diuitiarum, periculoſa ſit admodum & oneroſa: interdum corpori & ſæpius animo intentans exitium (multi enim, teſte Ariſtotele, propter diuitias perierunt, & complures ob immoderatam opum appetentiã inciderunt in laqueum & tentationem diaboli, & inſeruerunt ſe doloribus multis, vt ſcribit Apoſtolus) 1. Timo. 6. quid tantopere optamus hanc ſarcinam humeris noſtris diutius imponi: & diſpenſationem nobis credi ſæpius perniciosam q̃ vtilem? Cur non potius Deo gratias agimus, q̃ mortis acceſſu nos liberat ab hoc faſce tã graui ab hac adminiſtratione tã plena diſcriminis? Adeo ne mente capti ſumus, vt cum exonerati magno &

graui pondere diuitiarum, quæ amplius in vsum nostrum cedere non possunt amplum à Deo beneficium susceperimus: graue damnum accipere nos queramur? Tantanè mentem nostrã capit dementia, vt quod ingens existimari debet beneficium à Deo acceptum, nos detrimentũ putemus? Adde q̃ si ablatę fuissent nobis opes in medio vitę cursu, aliquo siniſtro casu: vt furto, rapina, naufragio, incendio, aut alio quouis maleficio, debuissemus quidem eam iacturam æquo ferre animo, q̃ eiusmodi generis sunt bona, vt facile adimi nobis valeant & eripi: suapte natura instabilia, & plerunq; mutabilitati fortunæ obnoxia. Cur igitur nõ etiam placide & modeste feremus ea nunc in extrema vitę meta, nobis amoueri cum amplius nostro vsui nihil conferant aut prosint? Cur non potius Deo gratias agimus, quod tanto temporis decursu & per totum peregri-

natio

nationis noſtrę ſpatium permiſit no bis indulgenter tranquillum vſum diuitiarum ad exitum vſq; vitę: cum multos videamus ſuperſtite adhuc vita eo deſtituros vſu, & opibus aliquo euentu ſpoliatos. Mirum eſt certe tantam eſſe noſtram inſcitiam ac imprudentiam, vt vbi gratiarum deo agendarum nobis materia offertur, & occurrit: nos earũ loco, expoſtulemus cum eo quaſi acceptam iniuriã & conqueramur, vſq; adeo excæcatus eſt noſtræ mentis obtutus, ¶ Ad hæc ſi tranſitoria eſt ipſarum opum & momentanea poſſeſſio: ſi euanidus & occiduus eſt diuitiarum corporalium vſus, & qui poſt mortem amplius haberi non poſſit, quod ſanè neminẽ latet, cur nõ ad eas ſuſpiram⁹ diuitias, quę morte nõ poſſunt interci pi, nec furto auferri, nec incẽdio abſumi: virtutes inquã aĩ & earũ opera q̃ ſua poſſeſſiõe felices nos reddũt, vere q̃ beatos, q̃ poſt fata manent ſuperſti

perſtites & ſuos dominos comitantur. Ad quas, cum datur hora, comparãdas, nos hortatur Propheta in pſalmo, dicens: Cuſtodi innocentiam & vide æquitatem: quoniam ſunt reliſal. 36. quiæ homini pacifico. Vbi reliquias, illas vocat virtutes: quoniam poſt mortem ſuperſunt affectę & comites ijs qui fuerunt ipſarum in vita cultores: & illis indiuiduę aſſiſtunt atque indiſſeparabiles. Cohortatur & Dominus noſter in Euangelio nos omnes ad harum diuitiarum coaceruandum theſaurum, alijs neglectis atque lat. 6. poſthabitis, cum ait: Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur, Theſaurizate autem vobis theſauros in cœlo, vbi nec ærugo nec tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt nec furantur. Et Timo. 6. beatus Paulus ad Timotheum ſcribens, eiuſdem rei nos admonet, dicẽs: Diuitibus huius ſæculi præcipe nõ ſublime

blime ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo viuo, qui præſtat nobis omnia abunde ad fruendū bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant bonam vitam. De huiuſmodi itidem diuitijs Cicero in paradoxis hoc præclarum fert teſtimonium. Etenim ſi iſti callidi rerum æſtimatores prata & areas quaſdam magno æſtimant, quòd ei generi poſſeſſionum minime quaſi noceri poteſt: quanti eſt ęſtimanda virtus, quę nec eripi, nec ſurripi poteſt, neq; naufragio, neq; incendio amittitur, nec tempeſtatum, nec temporum permutatioue mutatur? qua prędĭti qui ſunt, ſoli ſunt diuites. Soli enim poſſident res & fructuoſas & ſempiternas, ſolique (quod eſt proprium diuitiarū) contenti ſunt rebꝰ ſuis. Satis eſſe putant, quod eſt: nihil appetunt, nulla re egent, niſi ſibi de-

esse sentiunt, nihil requirunt. Hęc Cicero: Itaque si has veras diuitias (nam vt perhibet beatus Gregorius, veræ diuitiæ sunt: quę nos diuites virtutibus faciunt) sibi languidus conspexerit adesse repositas animo, solide gaudeat se ea opulentia locupletem esse, quæ animam reddat felicem ac beatam, & caducas opes facescere sinat. Sin vero illis nudum se & vacuum conspexerit: indoleat quidem suam sortem, quod tempestiue eas nō comparauerit, ac pręteritam exosus vitam, ad Deum patrem totius miserationis confugiat, suppliciter exposcens, vt illis veris opibus animam suam exornet & honestet. ¶ Postremum, nihil est quod cōtristetur mortiiam proximus, se honoribus huiꝰ sæculi, & amplis dignitatibus quas hactenus gessit destitui, quoniam ea lege suscepit illas administrationes & publica munia: vt ad extremum in morte illis defungeretur, neque primatus

matus gloria aut fasces cõsulares hominem post funera comitantur. Qđ Propheta in psalmo nobis innuit, his verbis, Ne timueris, cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius, quoniam cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius. Cum etiam plerosque legerit ipse languidus & viderit altis honorum sedibus, & sublimi dignitatũ culmine repente deiectos fuisse, aliqua fortune malignitate, & inglorios reliquum euum transegisse (nihil enim æque temerati, telisque fortunę subiicitur, vt potentissimorum hominum gradus) gratias potius agere debet Deo sub ipsum vitæ exitũ, qđ nihil tale acciderit, sed in pontificalis apicis, aut senatorij ordinis dignitate siue siniſtri casus incursu ad finẽ vsq; vitę permãserit, quodq; citra notam infamię aut dedecus, suũ magistratum cum vita deponat, huiusmodi Psal. 48.

modi sanè cogitatus, & consimiles animo consolationem afferunt, & de acceptis à Deo beneficijs potius gratias exoluendi, q̃ de amissione pristini gradus conquerendi aut dolendi, materiam subministrant.

¶A consanguineis & familiarib⁹ separationem non censeri debere ipsi morienti molestam aut difficilem. CAP. XV.

OBijcit insuper animo languescentis & moribundi hominis hostis noster (vt est ad fallendum vafer) cognatorum magnam turbam, vxorem & liberos si habeantur, familiares item amicos, quibus cum diuturna habita est consuetudo & exaggerare mœrorem animi molitur, tristi ea consideratione, quòd hac mortis diruptione ab illis seiungi cogitur, quos habuit sui amicissimos, & arctissimo amoris vinculo sibi coniunctos. Nunc futura vxoris orbitas atq; viduitas, animum forti

ariete

ariete pulsat. Nunc filiorum dura sors, paterno præsidio (quo vel maxime indigent) destituendorum concutit paterna viscera & torquet. Quæ certe machina etiã adamantinũ aut æreum murum frangeret: & fortissimum quenq; prosterneret virum: nisi virtute fuerit valide munitus. Ingerit super hæc omnia anxietatem & solicitudinem animo paterno inimicus noster: qui filiorum suorum sedulam geret curam, quis illos ad honestum vitæ genus amplectendum studiose diriget, vt hoc angore mentem languentis opprimat. Alia ex parte veniunt in mentem dulces amici, quibus iam multos annos vsus est familiariter & iucunde, à quibus tanto nunc acerbius est per mortem dirimi, quanto gratius ante fuerat eorum contubernium ac sodalitiũ. Hac mole saxorum obruere nititur, hac telorum grandine & nube prorsus opprimere laborat antiquus hostis

animũ

animum morientis, vt non possit ipsum attollere in altum, ad cogitandū ea quæ Dei sunt. ¶ Verum grauiorē hanc pugnam & difficiliorem reddimus nos ipsi, si cum vitam ducimus, quod nimio amore afficimur ad consanguinitate nobis coniunctos, ad thori sociam, ad filios, ad contubernales & sodales nostros, redditque propensior iste affectus, discessum ab illis molestiorem nobis & tristiorem quandoquidem cum mœrore separamur ab ijs, quæ feruenter amamus, & ægre diuellimur ab illis, quibus tenaciore affectionis glutino adhæremus affixi. Quod si abducta fuisset anima in medio vitæ nostræ cursu per mortem mysticā prius descriptā à cōmercio cognatorum, coniugis & liberorum, à sodalitate & contubernio familiariū, vt tanquā mortui ad ea omnia parū fuissemus affecti, nec amplius q̄ recta ratio postulat, nullam ingereret diuulsio ab ipsis, animo nostro

ſtro moleſtiam, vt quę conſuetudinaria nobis & domeſtica facta foret.

Quinimo ea vna eſt & generalis ad tranquillè & placidè moriendum doctrina, ꝙ ſummopere enitendum eſt in ipſo vitæ procurſu reſecare affectũ nimium ad ea quæ ſunt mundi huius, ipſumq; animo reuellere ac extrudere, vt nil nobis adhuc ſanis & valentibus cordi ſit, nihil amplius curæ, niſi quod ad Dei ſpectat honorem ac cultum. Qui enim idipſum continuo virtutis ſtudio fuerit aſſequut⁹, & ita moderatus animum, cum mortĩ propinquauerit, neq; corporis ſui nec opum nec dignitatum remanebitur cura, neq; ad ea ſuum cogitatum deflectet. Non etiam conſanguineorum nõ liberorũ, non amicorũ angetur ſollicitudine, neq; torquebitur moleſtia vt quoꝫ tã pridẽ exuerit affectũ. Sed liber & expeditus ad ſolum Deum ſe cõuertet alacriter ac ſuſpirabit, illum vnum corde meditabitur, ore ſonabit &

bit, & opere confitebitur: in illum omnia illius ferentur vota: deniq; ad illum quasi dulci somno obdormiscens placide euolabit: Qualem fuisse sanctissimã beati Augustini matrem Monicã, haud iniuria cõiectare licet, quæ non multo ante felicem suã obdormitionem tempore, cum filio suo Augustino consistens apud ostia Tyberina, colloquebatur soli valde dulciter, & inhiabat ore cordis pariter in superna fluenta fontis vitæ, vilescebatq; mundus iste inter verba cũ delectationibus suis. Tunc ait illa filio. Nulla re iam delector in hac vita: cum te contempta felicitate terrena, videam seruum Christi. Postulauerat sane diutius ipsa optima mater largo lachrymarum flumine à Domino filij sui ad verã fidem catholicã conuersionem. Quam vbi tandem impetrauerat, nullius amplius rei tenebatur amore in hoc sæculo: nihil ei reliquum erat quod hic quæreret:

solum

solum Deum fontem viuum sitiens, & ad ipsum toto corde suspirans.

Quàm felix est homo, qui mente sibi cõscia veri, dicere potest cum beata Monica, se nulla prorsus re amplius delectari in hac vita, quã suauis & quietus erit eius transitus ex hoc mũdo, & q̃ leuis ac mollis illius obitus. ¶ At quoniam raros inuenias qui sic animum secreuerint à corpore, & rerum sęcularium affectũ omnimode exuerint adhuc aũ à vitalem cum sospitate spirantes: apparanda sunt remedia, quibus contra immoderatum ad cognatos & familiares affectũ (si noxius insurgat) in ipso mortis puncto vtatur animus, Nihil certé est quo tristari debeat moriturus, aut indigne ferre, quod à propinquis sibi cognatione aut familiaritate decedat, cum si ipso superstite fuissent illi morte erepti (vt plerunq; contingit) esset illud ei æquo ferẽdũ animo, neq; diuini iussioni repugnãdũ foret Nũc

vero quandiu manſit in vita, qui nũc decumbit morbo, illos ſecum habuit cõuiuentes, illorum familiaritate & conſortio vſus eſt quãto tempore vitam produxit, eoſq; relinquet poſt ſua funera incolumes. Gratias igitur agere Deo debet de accepto hoc ſingulari beneficio, & nec filiorum nec amicorum deſtitutus eſt ſolatio ante ſuæ mortis horam, quod viros relinquit prouidos ſpectatæq; fidei, qui liberorum ſuorum (ſi tenelli ſunt) curam gerant. Quinetiam cum filij paterno funeri ſuperuiuunt: quodam modo in illis adhuc viuit & pater, quem illi ore & moribus interdum referunt, & ita in filijs, producitur in longiorà tempora, vita patris. vt teſtatur his verbis Eccleſiaſticus:

Eccle. 30. Qui docet filium ſuum, in zelũ mittit inimicum, & in medio amicorum gloriabitur in illo. Mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus. Similem enim reliquit ſibi, poſt ſe. In vita ſua

ta ſua vidit, & lęratus eſt in illo. In obitu ſuo non eſt contriſtatus, nec cõfuſus eſt coram inimicis. Reliquit enim defenſorem domus contra inimicos, & amicis reddentem gratiam. Hæc ille. Proinde gratias exoluat Deo non mediocres ipſe pater iam animam expiraturus, q̃ in toto vitæ ſuæ curriculo non fuerit orbatus liberis, non thori ſocia, nec cognatis, non extulit luctuoſus ſuorum funera, nec veſte lugubri deduxit ad ſepulchrum. Incolumi & florente domo: hinc inter ſuorum manus, amplexus & oſcula eripitur, quod non parũ exoptandum eſt, & vbi obtinetur: non paruifaciendum. Poſito igitur quantũ natura ſinit mœrore, Deo potius filios ſuos enixe cõmendet pater, petatq; ſupplex, vt ſit loco ſuo, eorum pater, dux & adiutor. Dirigat eos in viã bonã, in rectã ſemitã, qua tandem poſt hanc vitam tranſitoriã prouehãtur ad æternã, Quemadmodum Do-

minus noſter diſceſſurus à diſcipulis per aſcenſionem in cœlos (quos vt filios chariſſimos habuit: & ob exuberantem in eos amoris affectum, filiolos vocauit) patrem cœleſtem pro eis ſolicitus orauit, vt cõſeruaret eos à malo. Ego (inquit) pro eis rogo. Non pro mundo rogo, ſed pro his, quos dediſti mihi, quia tui ſunt. Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi, vt ſint vnum ſicut & nos. Quum eſſem cùm eis, ego ſeruabam eos in nomine tuo. Quos dediſti mihi, ego cuſtodiui, nunc autem ad te venio. Non rogo vt tollas eos de mũdo, ſed vt ſerues eos à malo. Beatus item Martinus ex hac luce migraturus, diſcipulos ſuos ſubtriſtes & mœſtos, q̃ à ſuo patre deſererentur ſicut oues inter lupos ſine paſtore, Domino ſolicitus commendauit dicens: Hos quibus rimeo, ipſe cuſtodias: Quorum exemplo adduſtus & prouidus pater, Deum imper-

Ioan. 17.

ſius

sius oret, vt filios suos commendatos suscipiat, paternaq; cura custodiat. Cum erat ipsis conuiuens, sedulam adhibuisse se commemoret curã ad ipsos recte educandos.
Nunc cum ab ipsis diuellitur, Deum illorum tutorem & rectorem primarium constituere se dicat, rogetq; instantius, vt eam non abnuat prouinciam neque recusetturelam. Non est (mihi crede) ingrata Deo, hęc aut similis á cordis penetralibus effusa oratio. ¶ Cogitet præterea morti vicinus homo, nõ se perpetuo separatũ iri á suis aut agnatis aut amicis, sed ad modicũ temporis spatium, quo eos præcedit in alteram vitam, paulò post eosdem in æterna requie iterum visurus, & beatam immortalemque vitam in cœlo cum ipsis victurus.
Quemadmodum inclytus Christi athleta & martyr beatus Sebastianus de sanctissimis viris & sacrę fidei agonistis Marcelliano & Marco dixit ad

necessarios eorum & familiares: id deplorantes quòd per martyrij agonem abrupta ipsorum vita, præmature diuellerentur ab ipsis, Nolite (inquit) timere, non separabuntur à vobis, sed vadunt in cœlum parare vobis sidereas mansiones. Et CHRISTVS Dominus noster consolatoria verba suis discipulis ob eius ablationẽ in cœlũ tristibus proponens,
Ioan. 14. ait: Non vos relinquam orphanos: vado & venio ad vos. Vado parare vobis locũ, & iterũ veniã ad vos, & accipiã vos ad meipsum. haud aliter spe firma subnixus, qui tẽdit ad mortem: persuadeat sibi & confidat, quòd ad paucos dies erit ista à parentibus & filijs separatio, quos postea habebit immortalis gloriæ & immarcessibilis cohæredes ac socios. Horaria quidem est ab eis seiunctio: perpetua vero & intermina futura est, cum ijsdẽ cõiunctio in felicissima illa sanctorũ requie & societate, Et hæc plena bo-

ę fiducię ſpes. animũ cadentem eri-
get ac confirmabit. Ita corpus ſuum
quod relinquit moriens, ſperet ſe in
conſummatione ſæculi recepturum,
ſed glorioſum, ſed immortale, ſed
ſplendidum. Idcirco nihil ſibi iactu-
ę inferri, ſi nunc caducum mortale,
& ſqualidum relinquat, terræ man-
dandum, vt & is nullum incurreret
diſpendium, qui laneam veſtem &
ſordidam abiiceret, recepturus pro ea
aniculum aureum aut purpureum.
Optanda ſane eſt, & multis expeten-
da votis hæc cõmutatio. Et de opib⁹
huius mũdi quas relinquit hinc emi
grans: quid anxius eſt, cũ illarũ loco
ſit acceptarus æternę glorię diuiti-
as & opulentã copioſam: Dimittit hic
lutũ, & in cœlo accipit aurũ, qs (oro)
nõ libenter lutũ cũ auro cõmutaue-
rit. Denique de gloria huius mundi
fluxa & caduca: nihil eſt quod dole-
at eam à ſe deſeri, quandoquidem
illius loco vocatur ad cœleſtem glo-

tiã, quæ vera est & solida, nullo ætuo casura, nullo fine interitura, non imminuenda, sed auctor demum futura cũ fuerit aïa corpori rursum vnita.

¶ Hęsitationẽ omnem de fide quã suggerit hostis morienti, esse reiiciendã, & in ipsa fide firmiter persistendum. CAP. XVI.

PRęterea solet inimicus nostr iam morti propinquum hominem de fidei documentis & regulis pulsare ac exagitare vt in dubitationem aut eius abnegationem illũ pertrahat Compertũ siquidem habet (vt est astutissimus veterator) nullo ingenio melius domũ posse dirui atque subuerti, quàm si fundamentũ labefactetur: quo destructo, qcqd fabricæ superextructũ est, protinus ruinã trahat & pessum eat. Spiritualis autem ædificij & structurę virtutũ in anima erectæ, basis & fulcimentũ est fides, cui reliquę superlocantur suo ordine

ordine virtutes, vt consummatum reddant salutis opus: & vsqueadeo quidem necessaria, vt sine ea saluus fieri possit nemo. Sine fide enim (inquit Apostolus) impossibile est placere Deo, Idcirco non cessat suffodere cuniculos, occultasque moliri insidias antiquus hostis, vt hoc fundamentum subruat, vt fidei robur & solidatem aliqua ex parte lædat. Hebr. 11

Ad quod tentandum, sua parat machinamenta, consueto sq; dolos, nunc ardua orthodoxę fidei mysteria, summę trinitatis, diuinę pręscientię, Dominicę incarnationis, sacrosanctę cõmunionis, vt difficilia creditu, & factu impossibilia obiectans animo: nunc vanam aliquam suasiunculam suggerens, qua videantur illa à veritate abhorrere, & aliter potius se habere: nunc vero importunius disceptationem ingerens & discussionem disputatoriam: itane sentiendum sit vt sancta confitetur ecclesia, an secus

Quibus omnibus technis ac fraudibus aliud nihil elaborat, quàm hominem à firmitate fidei in vacillationem deducere, eius animum reddere ancipitem in ijs, de quibus hęsitare nemini licet, & ita funditus perdere. ¶ Verum his omnibus machinis ac tormentis viam præcludat fortis CHRISTI miles, per reiectionem omnis disputationis & inquisitionis ambiguæ de fide ac eius sacramentis quam immittit tentator, vt neq; cum eo deceptet homo, de ijs quę subdolè proponit (quoniam si inquirere pergat rem ipsam, & proponenti hosti ex aduerso respondere: haud difficile in foueam erroris præcipitari posset) neq; quoquo modo nutet, vacillet aut hæsitet de ijs, quę fides catholica cõplectitur, quandoquidem huiusmodi hæsitatio, cũ integritate fidei hærere, consistereq; non potest. Et vt hęc omnia vno declinet remedio, contestetur plagam ægrotus

grotus se integre & solide ea omnia credere, quæ sacrosancta ecclesia sancit ac decernit credenda, in eaq; fidei firmitudine se viuere & mori velle, in propatulo ac coram multis confiteatur se itidem fidei in lauachro baptismi susceptę regulam, ad amussim tenere velle, neq; ab ea vel transuersum vnguem discedere, Quod vt firmius expleat sacrum fidei symbolum animo gerat infixum, & apud se assidue ruminet, aut ab alio sublata voce sæpius proferri ac pronuntiari curet, vt sub illo quasi vexillo militari, signoq; bellico certamẽ ineat ac progrediatur in hostem. Hoc clypeo forti dissertationem omnem, ac disquisitionẽ de fidei dogmatibus quã inculcat hostis propulset, Hoc deniq; munimine tutus, oĩa aduersarij molimina ,pterat, dissipet, repellat. Simul etiam diuinũ imploret idem auxiliũ, intento in orationẽ aĩo, petatq; sedulo integritatẽ ac soliditatem fidei inuiolata m

latamin seipso conseruari, ne in errō rum deuia aut diuerticula, per versutias hostiles abducatur, neve à recto tramite fidei, suggerente patre mendacij, declinet ad dextram aut finistrā ne denique relicta via regia aberret in obliquas semitas, & feratur in præci-
Lucæ. 17. pitia. Vnde exemplo Apostolorum Christi (qui in Euangelio dixisse leguntur ad eum, Domine adauge nobis fidem) petat instantius & fidem in se diuino munere adaugeri atque corroborari tanta virtute, vt ab hoste dirui & euerti nequeat. Exemplo etiam patris pueri lunatici (cui cum
Mar. 6. dixisset Dominus. Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti: ipse respondit exclamans cum lachrymis Credo Domine, adiuua incredulitatem meam) & ipse infirmus protestetur se credere: nihilo secius petat suam incredulitatem, fideique suæ imperfectionem, à Domino adiuuari, vt suppleat diuina bonitas quod per

fectioni

fectioni deeſt, & ad conſummatũ ro-
bur eam adducat. Amplectatur item
religioſe ipſe ægrotus, & prompte
manibus ſuis cereum accenſum: qui
pro more laudatiſſimo ſolet morien-
tibus (cum iam ſpiritũ emiſſuri ſunt)
exhiberi, ad ſignificandum q̃ in cla-
ritate & lumine fidei per cerei flam-
mam deſignato, ſpiritũ Deo reddere
velint. Quod q̃ exteriore gerit ope-
re, præſtet & interiore mentis habi-
tu extinctum q̃ fidei lumen, & nullis
offuſcatum tenebris hinc ſecum defe-
rat. Porro ad ſoliditatem fidei in ipſo
mortis agone inuiolate ſeruandam
mirum in modum conducit in ipſo
vitæ decurſu firmitas fidei cũ ſobrie-
tate moderata, refugiente curioſam
indaginem & inquiſitionem temera-
riam abditiſſimorum fidei myſterio
rum, quam nonnulli etiam ſæcularis
profeſſionis & ciuilis facultatis viri
altum ſapere volentes, & ponentes os
in cœlum, inter menſas & pateras,

inter

inter lances discósque nitentes, inter spumantes mero crateras, tunc cum vino madent & obruti sunt, agitare solent percunctantes de diuina prę destinatione & pręscientia, quo pacto nostrę voluntatis libertati & actioni libere non repugnet, sciscitantes ita, cur Deus hominem creauerit (vt exempli gratia Iudam proditorem) quem ab æterno præcognouit futurum malum: & in malicia sua moriturum, cur itidem angelorum primatem & principem condiderit, quem prænouit lapsurum per superbiam, & nunquam ad rectitudinem redituru. deniq; cur dedit Deus Adæ preceptum quòd non manducaret de
Gene. 2. fructu arboris scientiæ boni & mali: quod presciuit ipsum pręuaricaturu & multa id genus, quorum disquisitio non est ad rectam institutionem sed subuersionem animorum. Certe huiusmodi ingenij homines ridet Satyricus hoc carmine,

Ecce

Ecce inter pocula quęrunt Persius.
Romulidę saturi, quid dia poemata
narrent.

Eosdem damnat & Sapiens in pro-
uerbijs, cum ait: Sicut qui mel mul- Prouer. 55.
tum comedit, non est ei bonum, sic
qui scrutator est maiestatis, opprime
tur a gloria. Et Ecclesiastes, his ver- Eccle. 7.
bis: Quid necesse est homini maiora
se quęrere? cum ignoret quid condu-
cat sibi in vita sua, numero dierũ pe-
regrinationis suæ: aut tempore quod
velut vmbra pręterit? Aut quis ei po
terit indicare quid post eum futurum
sit sub sole? Quibus astipulatur, Ec-
clesiasticus ita quenq; salubriter ad-
monens: Altiora te ne quæsieris, & Eccle. 3.
fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ
tibi pręcepit Deus, illa cogita semper
& in pluribus operibus eius ne fue-
ris curiosus. Non est enim tibi
necessariũ: ea quæ abscondita sunt vi
dere oculis tuis. In superuacuis rebus
noli scrutari multipliciter, & in plu-
ribus

tibus eius operibus non fueris curiosus. Plurima enim super sensum hominis ostensa sunt tibi. Multos enim supplantauit suspicio illorum, & in vanitate detinuit sensus illorũ. Hæc ille. Id nimirum stupendum est, quod cum Deus clamet per Prophetam, Secretũ meũ mihi, secretũ meũ mihi, & Propheta dicat in psalmo, quòdiudicia Dñi abyssus multa, præsumptione tumidi serui inutiles & insolentes, audeant irrumpere in penetralia illa diuinorũ secretorum nisu temerario: & quid in supernę maiestatis cõditorio sit abstrusum, rimari ac disquirere non minus cõmittentes piaculum, quàm seruus obseratam domini sui epistolam, & annulo herili obsignatã ostendens, si tentet sua temeritate violare sigillum epistolæ impressum ac cõfringere, & quid sententiæ charta illa cõtineat, introspicere. Clamat insuper Apostolus, sublimitate diuinorum iudiciorũ attonitus.

Esaię. 24.

Psal. 35.

O al

O altitudo diuitiarũ ſapientię & ſci- Roma.11.
entiæ Dei,q̃ incomprehenſibilia ſunt
iudicia eius,& inueſtigabiles vię eius
Quis enim cognouit ſenſum Domi
ni,aut quis conſiliarius eius fuit?aut
quis prior dedit illi,& retribuetur ei?
Hi autem perſcrutatores maieſtatis,
in abductiſſima cæleſtium ſecretorũ
adyta audenter pedem inferunt,peni
tiſſimoſq; deitatis receſſus, & quid-
nam in eis deliteſcat,occultetur ac ab
ſtrudatur,temere perueſtigant, nõ at
tendentes in lege prçceptum eſſe, q̃ Exo.19.
beſtia quę tetigerit montem, lapidi-
bus obruatur,neq; verentes montẽ il
lum excelſum & arduum diuinorum
iudiciorũ,ſordibus pedibus, illotiſq;
(vt aiunt)& impuris manibus cõtin-
gere,cũ tamen ſcriptũ ſit,quod car-
nalis homo nõ percipit ea quę Dei 1.Cor.2.
ſunt. Itaq; talis ingenij ac cõditionis
homines nacti hoſtis antiquus,in ex
tremo vitæ termino ſimilibus exagi
tat interrogatiunculis:& inquiſitio-

nes de diuina præscientia ac prędesti
natione multis tricis implicitas obie
ctat, quoniam illis in vita sunt assue-
ti. Deinde & hãc cęteris innectit quę
stionẽ sint ne ipsi prædestinati á deo
vel reprobati, Sub qua laqueos ab-
scondit, vtrinq; paratos ad capiendũ
animas. Neque absistit ab huiuscemo
di infestationibus, donec irretitã suis
cassibus (nisi diuina succurrat boni-
tas) teneat prædam. Ecce quæ vincu-
la sibi parant curiosi indagatores sub
limium mysteriorũ, quibus arctius
constringantur in supremo vitę arti
culo, quos sibi nectunt funes, quas
fabricant sua sponte catenas cũ vitã
agunt, quibus alligentur ac obuin-
ciantur in ipsa mortis angustia. Cal-
lidus reuera & astutus est hostis no-
ster, ciuitatemq; nostram ea aggredi-
tur parte, vt expugnet eam, qua im-
becillior est & debilior. Explorat to-
tam vitam nostram: mores nostros
obseruat: & prospicit in quod malũ
sumus

sumus propensiores cum viuimus, vt ea parte aditum sibi paret ac ingressum in arcem nostram. Illic suos erigit arietes, aggeres struit, & machinas adigit, vt qua sumus parte infirmiores, valentius nos quatiat ac oppugnet, & tandem perfracto muro victor irrumpat. Qui vero in simplicitate fidei ambulantes, nihil talium quæ Deus esse nobis occulta voluit, inquirere student, neque ardua diuinorum iudiciorum sacramenta rimari, & in tota vita sua confidenter ambulant, & in hora mortis, his aduersarij tentationibus non molestantur: quod in eam rem non fuerint propensi, aut si perferant huiusmodi hostiles insultus, eis non succumbunt. ¶Id sanè compertum est sæpius, & multis exploratum exemplis, quod quæ quispiam vitę suæ tempore maxime pertractauit, aut agitatione animi, aut crebræ operationis studio, ea potissimum in ipso

mortis momento obſeruentur aïo, & frequentius occurrant. Nempe infixa menti harũ rerum ſpectra & ſimulachra, altiusq; adhærentia, tunc acrius animum ciẽt, mouentq; ad cõſimiles ſibi & cognatas ſpecies. Hinc illa potius q̃ alia quæuis ſeſe importunè ingerunt cordibus humanis, de illis crebrior habetur ſermo à lãguẽte, q̃ aliis quibuſcunque, ob vehementiorem ad illa affectum. quinimo, ſi vires corporis ſinunt, ad ſimilia opera tum agenda, hominem perpellunt Proinde extremo decumbentibus morbo aſſiſtere debent viri boni, & timorati, ſalutis illorum ſolliciti: qui nõ ſinant languidorũ oculis ea offerri, ad quę vehemẽtius in vita fuerunt affecti, ſi huiuſmodi ardentior affectus abducat à Deo, & ad mundum inuitet & impellat. Vxores & liberi voluptatumq; ſociꝰ, arceantur ab eorum aſpectu. Nullus de opibus & præteritæ vitæ pompa ſermo habeatur

tur coram eis haberive ſinatur. Tantum ea fiant verba in ipſorum præſentia, quæ ad ſalutem & extremum exitum conducant.

¶ Ob grauitatem peccatorum antẽactę vitę, non eſſe deſperandum ipſi extrema patienti, de diuina miſericordia.

CAP. XVII.

QVOS in hęſitationem dogmatum fidei pertrahere non poteſt aduerſarius noſter, alioquin aggreditur mucrone, & nouo impetit telo, ſpei ſcilicet deſtitutione & molimine inducendi in deſperationis barathrũ præſertim cum impurior fuerit antẽ acta vita, & multis cõtaminata ſceleribus, quæ necdũ per ſalutarẽ pœnitentiã ſint expiata. Siquidẽ importunius ingerit ipſorũ memorię ac offert grauia crimina, q̃ perpetrarũt, exaggerat illorũ grauitatẽ ac adauget: quę dũ cõmitterentur,

fecit, vt nulla aut leuia tantum peccata viderentur. Numerum illorum super arenam maris & guttas aquarũ multiplicat: quorum (dum vita manebat) memoriam prorsus abstulit ac auertit ab ipsorum animo. Nunc seram nimium & tardã esse pœnitentiam cõtendit, cũ vix lingua suo fungi potest officio, cũ mors vicina premit iacentem. Indignum esse eum dei misericordia suggerit, qui semp eius cõtemptor vixit. Maiorem esse illius iniquitatem, q̃ vt veniam mereatur, cum parricida Cain prædicat, atque ita suadet languido, vt de venia omnino desperet: neque à Deo suorum peccatorũ remissionem petat, quam nõ esset impetraturus. His laqueis innectere moribundos studet hostis antiquus, compertum habens nihil magis obesse recuperãdę sanitati, quàm si ægrotus diffidat se posse sanari: & idcirco medicum accedere recuset, & omnem auersetur medicinam, quod

cain

eam putet sibi non profuturam, Animarum sanè medicus Deus est: medicina, pœnitentia, veniæque petitio: morbi, peccata, ægrotus, peccator. Qui si existimet Deum non posse aut non velle sibi misericordiam impendere, & irritam esse omnem pœnitentiam, inaneque ad Deum confugium quomodo medelam suorum peccatorum consequetur? ¶Cæterum huic periculose in abyssum desperationis precipitationi obuiandum est per considerationem magnitudinis diuinę misericordię, quę immensum est pelagus & inexhaustũ, nullo clauditur fine, nullo limite constringitur Quotcunque & quantacunque commissa sunt crimina (etiam si hominẽ dederis à prima mundi constitutione ad ipsam vsque consummationẽ sæculi vitam producentem, & quotidie grauiter peccantem) abolere ea potest diuina miseratio atque abstergere. Quoniam quantumlibet mul-

tiplicata illa peccata, finita sunt & nu mero & grauitate, suoq; concludũtur termino. Misericordia vero Dei om nem refugit mensuram & modum, infinita est, intermina est, immensu rabilis est. Intellige, quæso, fontem exuberantissimũ immensę altitudi nis, iugiter aquas dulces affluẽter sca turientẽ, quantũcunq; ex eo haurias aquarũ: nunquam exhaurire totum poteris, nunquam fundum eius attin gere, quoniam nullum est. Talis pro fecto est diuinæ miserationis fons vberrimus, semper gratiam suæ lar gitatis profundens in homines, nun quam tamen deficiens, imò nec decre mentum aut diminutionem susti nens, æquè semper immensus perseue rat, æquè plenus, æquè copiosus.

Si enim sol suum quotidie lumen communicat mortalibus, atq; per to tum mundi tractum diffundit, absq; sui intimi splendoris detrimento, & sine claritatis suæ imminutione: non ne spi-

ne ſpiritualis ille ſol, q illuminat om Ioan.1.
nem hominem venientem in hunc
mundum, diuitias gratiæ ſuæ largie-
tur hominibus, fulgoremq; ſuarũ mi
ſerationũ diffundat in omnes abſque
ſuæ lucis decremento? Quis igitur
ad hunc fontem non approperabit,
adeo vberem & fœcundum: vt in eo
abluat peccata ſua, quãtumuis multa
& grauia? In hunc oro fontem proſi
liat, & ſe totũ immergat homo, quem
venãtur interni canes, vt in deſpera-
tionem eam adigant, perinde atque
ceruum ferũt, cum à canibus venati-
cis premitur, vbi fontem offenderit,
eum protinus inſilire, & à canũ mor-
ſibus tutum euadere. Hic enim inue
nit ſuę laſſitudinis & æſtus refrigeriũ
vireſque perditas reparat. Adde quod
auarus nõ eſt nec difficilis, aquarum
huius largiſſimi fontis diſtributor:
omni petenti libenter impartit, cun-
ctis ad ſe venientibus hilariter eas cõ
municat, nullumq; repellit vnquam.

Petiuit quidem Maria Magdalena,
Lucæ.7. quæ fuerat in ciuitate peccatrix, à domino aquam fontis huius viui, multo lachrymarum imbre, & assequuta est ablutionem peccatorum suorum, iussaq; in pace abire. Petrus etiã post trinam negationem à Domino pietatis oculis cõspectus, accurrit ad hu
Matt.26. ius fontis fluẽta, amarisq; lachrymis abstergit contractam peccati labem. Sed & latro in cruce sitiens propinquum sibi esse fontem misericordiæ & virtutem eius agnoscens, confugit
Luc.23. adipsum ocyus, & aquam huius dulcissimi fontis sibi impartiri supplicíter petiuit: factusque voti compos, re promissionem æternę hęreditatis accepit. Cuius exemplum omnibus proponens beatus pater Gregorius in Homilia Euangelij quod legitur in sabbato quatuor temporũ aduentus Dominici, ait: A spei certitudine nulla nos malorũ nostrorũ qualitas, nulla quantitas frangat. Præstat ma

gnã-

gnam veniæ fiduciam latro ille vene rabilis, qui non inde venerabilis, vn de latro. Nam latro ex crudelitate, venerabilis ex confessione. Cogitate rogo cogitate, q̃ sint incomprehensi bilia in omnipotente Deo misericor die viscera. latro iste cruentis manib⁹ abstractus à facie itineris, suspensus est in patibulo crucis. Ibi confessus ibi sanatus, vbi audire meruit: Hodie mecum eris in paradiso. Quid est Luc. 23 hoc? Quis tantam bonitatem Dei posset dicere, quis estimare sufficiat? De ipsa pœna criminis peruenit ad præmia virtutis. Idcirco autem omnipotens Deus electos suos in quibusdam lapsibus cadere permisit, vt alijs in culpa iacentibus, si toto ad Deum corde cõsurgant, spem veniæ reddat, vt eis per lamenta pœnitentiæ viam pietatis aperiat. Hæc Gregorius. Itaque his & similibus exemplis ex sacrorum eloquiorum promptuario desumptis inductus o peccator

accur

accurre velocius ad huius fontis salu
berrimos latices: pete misericordiam
à Domino,& veniam peccatorũ tuo-
rum,cũ adhuc spirir⁹ subsistit in cor
pore,ac vitalis adest halitus: & nullã
patiere repulsam,obtinebis haud du-
bie quod petis. Nam & ipse, qui fon-
tem hũc aquę salientis in vitam æter
nã, hominibus est elargitus, omnes
ad participationem ipsius dulciter in
Matt.11. uitat, dicens. Venite ad me omnes
qui laboratis & onerati estis, & ego
reficiã vos. Et rursum: Si quis sitit, ve
Ioan.7. niat ad me, & bibat. Et per Esaiam
Esaię.55. prophetam: Omnes sitientes venite
ad aquas. Quàm pronus autem &
promptus ipse sit ad impendendam
omnibus misericordiam, per Ezechie
Eze.18. lem prophetã ostendit his verbis:
Nunquid voluntatis meæ est mors
impij, dicit Dominus Deus: & nõ vt
cõuertatur à vijs suis & viuat? Et rur
sum eodem loco: Conuertimini & a-
gite pœnitẽtiã ab oĩbus iniquitatib⁹
vestris

vestris,& nō erit vobis in ruinā īnī-quitas. Et quare moriemini, domus Israel? Quia nolo mortem morientis,dicit Dominus Deus. Reuertimini,& viuite. Ecce benignus medicus cū summa humanitate omnes inuitat ægrotos, vt ad se veniant: & medicamentum recipiant atq; sanitatem Quis igitur tam obdurata erit frōte vt oblatam vltro hāc opem respuat, & currat cum infelice Iuda ad desperationis laqueum? ¶ Verum vt ab hoc extremo animę interitu atq; exitio,scilicet malo desperationis,simus elongatiores ac tutiores,salutare est cōsilium in tempore oportuno ac tempestiue opem medici implorare, antidotum contra morbos animæ sumere, & ad largissimū misericordiæ fontē recurrere,vt ex eo hauriamus aquas in gaudio,cum scilicet in suo cursu adhuc vita nostra consistit incolumis & necdum extremus morbus nos occupat, nec cōpellit ad mortem

tem. Nam qui ad finem vsque vitæ fructum cõuersionis differt, pœnitentiam'q; tunc agit, quando mors eum premit ad exitum, an fructuosa sit illa conuersio, & pœnitentia tam sera, haudquaquã certum est. Ambiguum siquidem id relinquitur, an amore iustitię tunc conuertatur, qui semper vitam egit in peccatis, an potius timore pœnę, ob instantẽ & impendẽtem mortem, an etiã ex spontanea voluntate proficiscatur ea pœnitentia, an potius ex necessitate quasi coacta & per vim suscepta, inuito animo, quoniam si non corrupuisset huiusmodi hominem morbus, qui mortem minitaretur, nequaquã pœnitentiæ agendæ se forte submisisset, nec confessus peccata sua fuisset. Et si spes illi esset aut fiducia euadendi imminentem mortem, & conualescendi de eo morbo quo premitur, redeundiq; in pristinam sanitatem, adhuc pœnitentiã nõ ageret, neque sua sacerdoti peccata de

ta detegeret, sed totum id negotium deferret in futuros dies & annos. Hęc autem spes recuperandę sanitatis quantumlibet graui morbo conficiatur ęgrotus, & fiducia euadēdi mortem in foribus astantem, multos fallit & trudit in interitum æternum. quādo ea lactati & allecti, prorogant sui ad Deum conuersionem. Quare huiusmodi fiducia sæpius vana & inanis, tanquā dæmonis pedica dirū penda est, & totis viribus abiiciendā, ne quis ea capiatur incautus, & incidat in laqueum diaboli. Itaque in mortis articulum procrastinantes vitæ suæ emendationem, in magno versantur periculo, ne reste desperationis strangulentur ab hoste. Quoniam etsi à Domino dictum sit per prophetam. Quacunque hora ingemuerit peccator, & conuersus fuerit, vita viuet, & non morietur: & ergo quandiu anima corpus vegetat ac inhabitat, pœnitentiam agere & ad Dūm Eze. 33.

conuerti

conuerti quis possit: difficile tamen est peccatis iam diutius assuetũ,& in his toto suę vitę tempore versatũ,in ipso mortis momento salutarẽ ædere gemitum,ac fructiferam Deoque placentem facere sui conuersionem, neq; securum est vsquequaq; & tutũ in illam vsq; nouissimã vitæ horam prorogare pœnitẽtiæ fructũ. Quod & beatus Augustinus astruit, loquẽs de differentibus pœnitentiam, adducitur eius dictum in decretis, de pœnitentia,decretione septima, cap. Si quis positus,his verbis:Si quis positus in vltima necessitate suæ ægritudinis voluerit habere pœnitentiam, & accipit,& mox reconciliatur & hinc vadit: fateor vobis,& non illi negamus quod petit,sed nõ præsuminus quod bene hinc exit. Si securus hinc exierit, ego nescio, pœnitentiã dare possumus,securitatẽ autem dare non possumus. Nunquid dico,damnabitur?sed non dico, liberabitur. Vis ergo a

go à dubio liberari, vis quod incertū est euadere, age pœnitentiam dum sanus es. Si sic agis, dico tibi quod securus es, quia pœnitentiam egisti eo tẽpore quo peccare potuisti. Si autem vis agere pœnitentiam, quando iam peccare non potes, peccata te dimiserunt, & non tu illa. Ergo (inquit) tene certum, & dimitte incertum.

Idem quoque in libro de pœnitentia dicit, quod habetur in eodem etiam decretorum loco, cap. Nullus.

Nullus expectat agere pœnitentiam quando amplius peccare non potest. Arbitrij enim quærat libertatem, vt delere possit commissa non necessitatem. Qui prius itaque à peccatis relinquitur quàm ipse relinquat ea, nõ libere, sed quasi necessitate condemnat peccata. Licet enim latro veniam meruisset in fine de omni crimine, nõ tamen dedit baptizatis peccandi & perseuerandi authoritatem, tunc enim baptizatus est, qui tunc primũ Luc. 23.

in cruce Christum confessus est. Et
Gratianus. paulo post subiungit auth or decreto
rum: Conuersio si contigerit alicui
etiã in fine, desperandũ non est de ei-
us remissione, sed quoniã vix vel ra-
ro est tam iusta conuersio, timendũ
est de pœnitente sero. Quem enim
morbus vrget & pœna terret: ad ve-
rã vix venit satisfactionem: maxime
cũ filiũ, quos illicitè dilexit, sint præ-
sentes, vxor & mundus ad se vocet.
Multos solet serotina pœnitentia de
cipere, sed quoniã Deus semper potẽs
est, semper etiam in morte iuuare va-
let, quibus placet. Cum itaque opus
sit nõ hominis, sed Dei, fructifera pœ
nitentia, inspirare etiã potest, quando
cũque vult sua misericordia, & remu-
nerare ex misericordia, quos damna-
re potest ex iustitia. Sed quoniã mul-
ta sunt quæ impediunt & languentẽ
retrahunt, periculosum est & interi-
tui vicinum, ad mortem protrahere
pœnitentiæ remedium: sed magnum

est,

est, cui Deus tunc inspirat. Hæc ille. Quæ omnia, surda aure non sunt prę tereunda, sed altius infigenda animo quoniam optima sunt ad animarum salutem monita.

¶ Neminem ob conscientiam vitę secundum virtutem transactę sibi placere debere, neq; magnũ quid de se existimare.

CAPVT XVIII.

QVos autem ob antè actæ vitæ impuritatem ac improbitatẽ non potest hostis in desperationis foueam præcipitare, neq; spei firmitate destituere hos alio adoriri ingenio, viaque & modo penitus diuerso inuadit. Afflare nãq; ipsos nititur inani superbię vẽto, & attollere in altũ, vt lapsu grauiore ruãt. Cõpertũ certè habet aduersari⁹ noster, suo ipsius periculo edoctus, q̃ grauis est ruina, sui extollentiã cõsequens, q̃ prę ceps ruit in imum, qui se animo ef-

fert & exaltat. Idcirco obiicit clandestina suggestione ipsis, qui virtutem ac iustitiam coluerunt, cum iam languidi decumbunt, quàm candide & inculpate vitam egerint, quàm pij in Deum, in pauperes munifici, in omnes humani semper fuerint: quàm recta & nunquam reprehensioni obnoxia effulserit claro splendore ipsorum vita. Dehinc adiicit & laude digna ipsorum etiam in extrema illa infirmitate officia: quod æquo animo tulerint morbi grauitatẽ, & quæuis aduersa: quòd sæcularia omnia negotia prorsus mente sua excusserint, ꝙ denique ea sola quæ Dei sunt corde meditentur, ore sonent, & opere quęrant. Proinde deberi illis merito regnum cœlorum: patefactas eis esse iam cœli fores, quas continuo post obitum ingrediantur. Et illud postremum ingerit animis sibi placentibus hostis astutus: dignos ipsos esse, qui ob singularem vitæ exactæ-

probi-

probitatem angelicis manibus defe-
rantur in domos æthereas: & cœle-
stibus exequijs honorentur. Hæ pla-
nè sunt antiqui serpentis suasiones:
quibus deferre molitur homines su-
pra pinnaculũ templi vt mitrat eos
deorsum, deturbet ab alto, atque in
præcipitium detrudat. ¶ Verum con
tra omnia hęc machinamenta & ia-
cula inimici, in primis opus est ani-
mũ armari & circũsepiri timore Dei,
futuriq; iudicij metu, iam iamq; instã
tis, in quod omnia reseruantur eius
opera discutienda. Per timorẽ enim
Domini (vt ait sapiens) declinat om- Prouer. 15.
nis à malo. Et, teste Ecclesiastico, si
nõ in timore Domini tenueris te in-
stanter, cito obuertetur domus tua, Eccle. 27.
fabrica scilicet virtutũ in animo tuo
constructa, sed valido superbiæ ven-
to cõcussa, dissipabitur facile & colla
betur. Itaque illo Dei timore vt soli-
do fundamento innixus, qui his in
festãtur inimici spiculis, cogitet an-

Eccle.9. xius neminem scire an amore vel odio dignus sit, neque id quoque sibi de seipso constare. Quod si electorũ numero se fiducia suarum virtutum ipsa ascribat, formidandũ summopere esse, ne de reproborum turba apud Deum habeatur. Neq; id illum reddere iustũ in cõspectu Domini apud se reputet, quod nullius mali sibi sit conscius, cum dicat Apostolus: Ni-

1. Cor. 4. hil mihi conscio sum, sed non in hoc iustificatus sum. Vereatur item & timeat in districto diuini iudicij examine multa sua opera improbari: quę ipse recta iudicat & diuinę maiestati

Prouer. 14. accepta, cum dicat Sapiens: Est via quæ videtur homini iusta, nouissima autem eius deducunt ad mortem Quod & beatus Iob confirmat, dicẽs de Deo rerum omnium conditore: Quantus sum ego, vt respondeam ei

Iob. 6. & loquar verbis meis cum eo? Qui etiam si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem

depre

deprecabor. Et cum inuocantem me exaudierit, non credo quod audierit vocem meam. Et paulo post eodem loco. Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me. Si innocentem me ostendero, prauum me cõprobabit. Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Et rursum paucis intercictis: Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti. ¶Illud itidem animo volutet, neminem in sua ipsius caussa iudicem esse debere, ad præmium designandum. Christum solum a Deo patre constitutũ esse iudicem vniuersorum, quemadmodũ de se dicit beatus Paulus: Qui autem iudicat me, Dominus est. Proinde arrogãtis esse animi, & plus æquo sibi vendicãtis si domini sui iudicium præripere & anteuertere audeat, atq; de seipso ferre tentet sententiam, quę à iudiciaria dñi sui potestate ac tribunali solum pendet, & est definienda. 1. Cor. 4.

Nimirum & insolens est miles ille, nimiumque sibi tribuens, qui spectante suo rege militans, decerni sibi triumphum deberi censet: domini sui iusae munus sibi arroganter vsurpans: cũ illud ex solius regis pendeat iudicio, sit ne pugna illa, quam gessit, digna honore triumphali.

¶ Præterea stultum est ante exitũ pugnę de victoria gloriari: quę pugnantis manibus adhuc eripi potest. Insanũ est etiã & insensati hominis opus de felicitate nauigationis sese iactitare, gloriãterque loqui, antequã nauis in portum sit subducta: cum posset illa quę per tempestuosos maris fluctus procellososque vortices perstitit infracta & incolumis, in ipso portus ingressu impingi ad scopulũ, & naufragio perire. Haud secus, ac dum anima corpori coniungitur, & in carnis moratur domicilio, post tetra crimina in meliorem cõmutari sortem potest per pœnitentiã, ita &

post

post opera bona, assiduumque virtutis vsum, potest in ipso vitæ exitu prolabi in deterius, atque à bono desciscere. Quid ergo gloriabitur homo iam moriturus de transactæ vitæ syn ceritate, qui vno momento per inanem in se gloriationem potest omnẽ bonorũ operum prius factorum fructum perdere, atque Dei gratia per mentis tumorem excidere? Qui se existimat stare (vt inquit Apostolus) videat ne cadat: & solidè in se substet per humilitatem, ne inaniter rapiatur supra se per extollentiam. Nã qui existimat se aliquid esse cũ nihil sit, ipse se seducit, vt etiam scribit Paulus. Sibi ipsi enim adblanditur & applaudit, quasi suæ salutis securus, ob deductã in operibus iustitiæ vitam, sed seipsum decipit: fallitque & fallitur vnà. Enimuero vbi meditatur imminanis hostis insidias, vbi adhuc dolos molitur, & fraudes innectit: quæ potest haberi tuta securitas? 1. Cor. 10. Gala. 6.

Pugnas ciet infestus aduersarius, in flat, vrget, premit: & securus in vtranque aurem dormiet, qui tam acriter impugnatur? At contra hanc impugnationem valde noxiam nos prę muniens: Isiodorus inquit. Non tibi quicquam arroges, non te iactes, nõ te extollas insolenter, nihil de te præsumas, nihil boni tibi tribuas. Et beatus Gregorius gtauitatem periculi, quod in hoc pugnę genere (si succũbimus) incurrere possumus, ostendens, ait: Quisque reminiscendo bonum quod gessit, dum se apud se erigit, apud authorem Deum humiliatus cadit. Idem quoque in Homilia Euangelij quod in plerisque locis legitur in quarta dominica aduentus Domini, ad humilitatem amplectendam omnes studiose adhortatur, dicens: Cum bona fratres agitis. semper, ad memoriam mala acta reuocare, vt dum cautè culpa conspicitur, nunquã de bono opere incautè animus

mus lætetur. Magnus esse vnusquisque studeat, sed tamen aliquo modo esse se nesciat: ne dum sibi magnitudinem arrogãter tribuit, amittat intus quod erat. Hinc etenim per prophetam dicitur: Ve qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Hinc etiam Paulus dicit: Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Hinc quoq; contra superbientem Saul dicitur: Cum esses paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es. Ac si apertè diceretur. Cum tu te paruulum conspiceres, ego te prę cæteris magnum feci. Quia vero tu te magnum conspicis, à me paruus æstimaris. At contra cum Dauid regni sui potentiam coram arca Domini saltando despiceret, dixit: Ludã & vilior fiam plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis. Quem enim non extolleret, ora leonum frangere, vrsorũ brachia dissipare, despectis prioribus

Esaię. 5.

Roma. 12.

1. Reg. 15.

2. Reg. 6.

1. Reg. 17.

fratri

.Reg.16. fratribus eligi, reprobatóque Rege ad regni gubernacula vngi, timendũ cunctis vno lapide Goliam sternere
.Reg.17, à rege proposita extinctis allophylis
,Reg.18. numerosa pręputia reportare, regnũ ex promissione percipere, cunctũque Israeliticum populum sine vlla post modum contradictione possidere?
.Reg.5. Et tamen in cunctis se despicit, qui in suis oculis se esse humilem cõfitetur. Si igitur etiam sancti cũ fortia agunt de semetipsis vilia sentiunt: quid in sua excusatione dicturi sunt, qui sine opere virtutis intumescunt? Sed etsi quælibet bona adsint opera, nulla sunt, nisi & humilitate condiantur. Miranda quippe actio cum elatione non eleuat sed grauat. Qui enim sine humilitate virtutes cõgregat, quasi in vento puluerem portat: & vnde aliquid ferre cernitur, inde deterius cæcatur. Hæc Gregorius. Cuius salutaribus monitis aures accommodans in extremo vitæ suæ momento

positus

positus, ad detorquenda inanis gloriationis tela periculosa: peccata grauia quę prius perpetrauit, sceleraque & flagitia quæ sepius commisit, in mentem reuocet, sequę ignorare profiteatur, an sufficienti pœnitudine illa diluerit, an satis pœnitentiæ in illorũ satisfactionem peregerit, vt monet Ecclesiasticus: De propitiato (inquit) peccato noli esse sine metu. Et Sapiens: Beatus homo qui semper est pauidus. Voluat etiam sollicitè, quod omnia opera sua, æquissima diuini iudicij lance sunt mox trutinanda, districteq; discutienda, trepidet anxius ob propinquum illud iudicium & timore sancto se coerceat, ob totius vitæ rationem coram supremo iudice reddendam. Neque in se causam vllam inueniet, ob quam debeat insolescere, aut de suis operibus gloriari, cum ignoret prorsus (vt iam dictum est, & iterare non piget) an eadem Deo sint accepta, aut ob malum aliquod

Eccle. 3.

Prouer. 28

aliquod in mente latitãs,& permixtũ illis,vel postea perpetratũ,eidem ingrata atq; inuisa. Multi nempe arbitrãtur obsequium se præstare Deo in suis operibus errore aliquo ducti,quibus tamen ipsum grauiter offendunt vt Cain, de frugibus terræ sacra faciens: Oza extendens manum ad arcam Domini, ob boues calcitrantes: filij Aaron, arreptis thuribulis offerentes Deo sacrificium: Saul immolans bestias,& Ozias rex adolens thymiama,sunt exemplo. Quare aliquid tale sibi accidere potuisse in transactis operibus suis,merito timere quisque debet. ¶Sed admittamus bona fuisse illa opera & pergrata Deo,nonne eadem ipso deo præcipuo authore sunt facta & eius adiutorio?cum dicat ipse discipulis suis:*Sine me nihil potestis facere*:& beatus Paulus vere astruat,q; *sufficientes non sumus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est*. Nonne & dona

Gene.4.
.Reg.6.
Leui.10.
.Reg.13.
.Par.26.
Ioan 15.
.Cor'3.

lona gratiarum quibus adiuti con-
ecimus ea opera, diuino indultu no-
is sunt tradita? cum scribat beatus
acobus, quod omne datum optimũ, Iacobi. 1
& omne donum perfectum, de sur-
sum est, descendẽs à patre luminum.
Et sanctus Ioannes in Euangelio per-
mibeat, quod non potest homo acci-
pere quicquã, nisi fuerit ei datum de Ioan. 3.
cœlo. Quocirca Deo soli vt prima-
rio totius boni operis authori, illa re
ferre accepta debemus, & non nobis,
sed nomini eius gloriam ascribere.
Cur igitur debitam Deo gloriã nos
infideles serui & alienæ rei raptores,
nobis ipsis tribuere studemus? more
serui illius iniqui, qui lucrũ ex Domi
ni sui pecuniis partũ (cui soli labora-
re debet) sibi ipsi reseruaret, & inuito
domino detineret alienum. Cur oro
benefactorem nostrum suis (quæ no
bis præstitit) beneficiis ingrati impu-
gnamus & prouocamus ad iram iis
ipsis donis quæ ab eo accepimus?

Siccine

Siccine gratias agimus Deo de ſuſceptis ab ipſo bonis, cum illa vertimus ad concitandā ipſius contra nos indignationem? Nōne de nobis, cum ita rem agimus, verè dici poteſt ille ſermo propheticus: Nunquid gloriabitur ſecuris contra eum qui ſecat in ea aut exaltabitur ſerra cōtra eū, à quo trahitur? Quō ſi eleuetur virga contra eleuātem ſe, & exaltetur baculus qui vtiq; lignum eſt. ¶ Rurſum opera illa ob quæ tantopere nobis placem⁹ & noſipſos magni facim⁹: debita ſunt, & ad quæ faciēda obſtringimur diuino præcepto. Illis igitur nulla debetur gratia: nullaq; ex ſua cōditione remuneratio, ſed ex ſola Dei beneficentia, quę nobis nihil tale cōmeritis ampla confert præmia. Quod & hoc paradigmate Dominus & legifer noſter in Euangelio nobis demonſtrat: Quis veſtrum (inquit) habens ſeruum arantē aut paſcentem boues qui regreſſo de agro dicat illi ſtatim

Eſaiæ.10.

Lucę.17.

Transi & recumbe, & non dicit: Para quod cœnem, & præcinge te & ministra mihi, donec manducem & bibam, & post hæc tu manducabis & bibes. Nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauit? Nõ puto. Sic & vos cum feceritis omnia quę præcepta sunt vobis dicite: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. At quotusquisq; est nostrum, qui sana conscientia asseuerare possit se feciſſe omnia quę sibi à Deo præcepta sunt? Nonne verius de nobisipsis id beati Iacobi verbum protulerimus: quod in multis offendimus omnes? Et si serui inutiles sumus cum fecerimus omnia quę præcepta sunt nobis, quales nos existimare debemus aut appellare, cum parũ aut nihil eorum quę nobis præcepta sunt, fecerimus, sed sapius ea aut trãsgressi fuerimus aut omiserimus? Iacobi. 3.

Constat itaq; nullam nobis materiã aut rationem legitimã relinqui, qua

de nostris operibus apud nos iustè gloriemur. ¶ Præterea in his ipsis operibus vix granum sine palea inuenitur, vix argentum sine scoria, vix vinum sine aqua. Plerũq; permixtum illis aliquid est, quod opus extenuet aut imminuat: aut remissius q̃p̃ar est, aut negligentius quàm sit æquum, aut tepidiore affectu illa exercemus, quàm oporteat. Vt cum propheta dicere vere possim⁹, quod
Esaiæ. 64. facti sumus immundi omnes nos, & quasi pannus menstruatæ, vniuersæ iustitię nostræ. Cum igitur vereri merito debeamus, ne quid in illis operibus nostris mancum, frigidum aut obliquum sit, cum etiam Deum orare semper oporteat, vt adiuuet infirmitatem nostram, & quod deest perfectionis, sua benignitate suppleat. quid est quod de illis gloriari merito possumus, aut nosipsos magnificare? quid est quod more pauonis caudam extendamus, & admiremur stellatas

latas miro decore plumas, pedum autem deformitatem non attendamus qua conſpecta decidat omnis illa ob formę elegantiam gloriatio. ¶Neq; obiiciet quiſquam recte Ezechiam regem Iuda commendatiſſimum, qui accepto prophetico oraculo, quod eſſet moriturus eo quo laborabat morbo, conuertit faciem ſuam ad parietem, & orauit Dominum dicēs: 4. Reg. 10
Obſecro Domine, memento quæſo Eſaię. 38.
quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum eſt coram te, fecerim. In quibus verbis commemorare bona opera ſua, & proprias laudes prædicare dinoſcitur. Enimuero id fecit non gloriabundus, non ſe iactans, non geſtiens animo ob ſui complacentiam, nec ſe reſpiciens, ſed ſupplici ter orans cū lachrymis, & ſoli deo gloriā benefactorū ſuorum tribuens imò de acceptis beneficijs diuinæ directiōis gratias agēs, vt ad ampliora

potioraq; sumenda redderetur idoneus. Et huiusmodi commemoratio bonorum operum suorũ, fuit quædam professio, quod diuina gratia ac bonitate adiutrice illa exercuerat, & humilis ad Deum oratio, vt contemplatione illorum Deo authore benefactorum, produceretur illi vita in longiora tempora, quod & impetrauit. Quare in eo Ezechiæ facto nihil est, quod iure reprehendi queat, quoniam meritorum suorum fiduciæ non innitebatur, sed diuinę tantum misericordiæ, ad quam confugiebat. Et ergo dignus habitus est qui à Deo exaudiretur, tantum abest vt in ea oratione sua Deum offenderit. Sic & infirmus omnino exuat suorum bonorum operum confidentiam, & ad solam Dei bonitatem confugiat in qua speret se saluum fore.

¶ Contra terrorem mortis, animorum immortalitatem, & contra timorem instantis iudicij ab hoste immissum

immissum, diuinam misericordiã esse obijciendam.

CAPVT XIX.

ALia insuper exacuit tæla noster aduersarius nouasq; sagittas quibus hominem statim de hoc mundo transiturum confodiat: horrorem inquam mortis in foribus astantis, quam natura ipsa refugit, & cuius specie imaginèque maiorem in modum cõturbatur, vsq; adeo vt interdum mentem ipsam de gradu suo deijciat. Neq; id ab re contingit. Nam vnumquodq; naturali quodam instinctu expetit sui cõseruationẽ suæq; existentiæ incolumitatẽ exterminium & corruptionem sui ipsius supra modum exhorrescit, vt molestã & inimicã naturæ. hinc Aristoteles in Ethicis perhibet: maxime omniũ terribile esse mortem. Et Boetius in libro de cõsolatiõe philosophica dicit, q̃ oẽ animal tueri salutẽ laborat:

mortem vero perniciemq; deuitat. Cumq; hęc ſpicula ſentit hoſtis noſter non eſſe ſatis valida ad proſternẽdum hominem, quod à nonnullis forti pectore facile retundantur eulbrat & alia iacula longe nocentiora, iudicij ſcilicet extremi in exitu vitæ futuri timorem & metum. Vbi in examen ventura ſunt omnia totius exacti temporis opera, cogitatus, & verba. vbi reddenda acceptorum talentorum ratio, & ſingula ætatis mo mẽta, quem fructum attulerint operis expendenda, vbi denique expectãda ſententia irreuocabilis, & à qua fieri nõ poſſit prouocatio, & ille ſtatus aut vitę aut mortis æternę ſubeũdus: qui perpetuo duraturus ſit, neq; in alium vnquã cõmutari potuerit. Hęc omnia ſuggerit animo moribũdi hominis, inimicus noſter, quę cum ſanus & ſoſpes vitam degeret, ſtuduit ab oculis mentis eius diuertere & detorquere, ne impedimento eſſent licẽ

dus peccandi, neve animũ à peccato deterrerẽt. Hæc inquã frequẽter obiectat mẽtis iam infirmę obtutibus, vt terrorẽ illi & horrorẽ incutiãt, vt anxium hominem excrutient trepido metu, vt inuitũ reddant, & obluctantem ad subeundã mortem: aut bona distituant spe salutis, antequam rei veniat discrimen. ¶ At vero contra hostiles has molitiones munitũ esse agonistam oportet armis, quæ hæc tela haud magno negotio reijciant: vtpote ratiõe incolumi & recta, quæ ostẽdat nihil esse in morte quod horrorẽ debeat ingerere, aut mentẽ sua sede dimouere, eam esse legem vniuersis sub lunari ambitu cõprehensis cõstitutã, q̃ post momentaneam subsistentię suę morulã tendant ad interitũ ac corruptionẽ, naturam carnis nostræ mortalitati esse obnoxiam, neq; eam insuetum aliquid pati sueve conditioni contrarium, cum deuergit ad putredinem, non nobis solum impo-

strum est illud iugum: sed & proauis & atauis nostris, quinimo cunctis hominibus quantumuis claris & illustribus, atq; alto maiorum stemmate prognatis, quos omnes vna manet mors, & calcanda semel vita lei, Horatius. vt ait Poeta. Quod & beatus Gregorius cõprobat ita dicens in Registro: Vita nostra similis est nauiganti. Is nanq; qui nauigat, stet, sedeat, iaceat, vadatq;, impulsu nauis ducitur. Ita ergo & nos sumus. Quia siue vigilantes, siue dormientes, siue iacentes, siue ambulantes, siue volentes, siue nolentes per momenta temporum quotidie ad finem ducimur. Cõfirmat idē & Seneca cum ait in epistolis: Nemo tam imperitus est, vt nesciat sibi quãdoq; moriendum, tamen cum prope accesserit, tergiuersatur, fremit & plorat. Quid fles miser? quid trepidas? Omnes hac necessitate ducũtur. Eo ibis, quo omnia eunt. Ad hanc legem natus es. Hoc patri tuo accedit,

hoc matri, hoc maioribus, hoc omnibus ante te, hoc omnibus post te. Quantus te populus morituro rum sequetur, quantus comitabitur. Fortior (vt opinor) esses, si multi tibi cõmorerentur. Multa millia hominum, hoc ipso momento quo tu mori dubitas, animam variis generibus emittunt. An nõ putabas te ad id aliquando peruenturum, ad quod semper ibas? Hæc Seneca. ¶ Ostendat item vigor ipse rationis infractus & fide firma subnixus, non totum more pecorum interire hominem, vt nihil ipsius post mortem superstit incolume corpus quidem vita priuari, & morte exanimari, animam vero manere superstitem, neq; quicquam detrimẽti in sua substantia post mortis violentiã accipere. Quomodo enim reges & præsides in sanctorum martyrum inuictam constantiam immani furore debacchantes: cum corpora eorum occiderent, dicti sunt à sum-

Mat.10. ma veritate animam occidere non posse, si non maneret anima corpore soluta, in sua immortali natura persistens integra? Quo item pacto à Sa-
Sapien.3. piente dictũ est, q̃ iustorum animę in manu Dei sunt, & non tãget illos tormentũ mortis, si cõmunem sustineret anima rationalis cum corpore interitum? Insuper Dominus noster & deus de sua morte & resurrectione ipsam cõsequutura loquẽs, ait: Potestatem habeo ponẽdi animam meam
Ioan.10. & iterum sumendi eam. Nemo tollit eã à me, sed ego pono eã, & iterum sumo eã. Eandẽ quoq; iam morti pro-
Lucę.23. pinquus in manus patris sui cõmendauit, & spiritũ tradidisse atq; emisisse scribitur. Qui autẽ hęc fieri potuerunt, si vnus est (vt sentiunt apud Ec-
Eccle.3. clesiasten impĩ) hominis & iumẽtorum interitus? si cũ corpus iacet exanime, & anima tenues euanescit in auras? Ad hæc, diuiti illi iactanti bona quam plurima se habere reposita in

multos

multos annos: dictum est à Deo, Stul
te, hac nocte repetunt animã tuã à te Lucę. xii.
Quod autẽ reposcitur, vt depositum
manet vbiq; cũ redditur. Quis enim
id quod secundũ substantiam nõ ma-
net, sed disperit, repetere recte dicetur
Demũ prophetain psalmo, Deo con Psal. 21.
cinit: Laudabunt Dominũ qui requi-
runt eũ: viuent corda eorum in sæ-
culũ sæculi. Vbi nomine cordium: a-
nimæ rationales intelliguntur, vt &
sępe alias, quæ cũ in sęculũ sęculi vi-
cturę pronũtientur, nunquã obitũ,
aut interitũ suæ substantiæ perferẽt.
Sed operosum nimis esset, omnia sa-
crorum eloquiorum testimonia ad
eam rem comprobandam faciendã,
hic in vnum aceruum cogere, cum id
ipsum solida fide teneri debeat, &
credi potius, quàm varijs approbati-
onibus fulciri. Ea igitur firmata basi
quòd anima nostra immunis est in-
teritus, & nescia mortalitatis: quid
est quod mortem ipsam exhorrea-
must

mus? cum per eum potius fiat transitus ad meliorem vitæ sortem & statum, & magnas ipsa nobis afferat & multas (si recte sapimus) vtilitates. Est enim mors ipsa (vt quidam sanctorum ait) carceris finis, & laboris cõsummatio, ad portum applicatio, peregrinationis adimpletio, oneris grauissimi depositio, de equo furioso descensio, de domo ruinosa liberatio: omnium ægritudinum terminatio, omnium periculorum euasio, omnium malorum cõsumptio & diruptio, debiti naturæ solutio: reditus in patriam, ingressus in gloriã. Quis ergo iuste eam inhorrescat, & trepidus expauescat, quę tantis nos afficit cõmodis, tantis cumulat beneficijs? Consonat precedenti sententiæ & illud Augustini verbum super Ioannem. Quid est mors? relictio corporis, depositio sarcinę grauis: sed si alia sarcina non portetur, qua homo precipitetur in gehennam. Et Lactãtius

Quæ bona nobis affert mors.

libro

libro diuinarum institutionum ter-
tio aduersus gentes. Si quis nos in
terroget (inquit) vtrum ne bonum
sit mors an malum: respondebimus,
qualitatem eius ex vitæ ratione pen
dere. Sicut enim vita ipsa bonum est
si cum virtute viuatur, malum, si cũ
scelere: sic & mors ex prĕteritis vitæ
actibus ponderata est. Ita fit, vt si vi-
ta in Dei religione transacta sit, mors
malum non sit, quia translatio est ad
immortalitatem: si aliter, malum sit
necesse est, quoniam ad æterna sup-
plicia transmittit. ¶ Verum ꝙ non sit
viro forti extimescẽda mors, in prin
cipio huius operis latius protractus
est sermo, & idcirco nunc contrahen
dus, progrediendumq; ad alterius sa-
gittę confractionem, quam diximus
ab hoste antiquo in semianimem ho-
minem mortiq; vicinum contorque-
ri solitam: diuini scilicet iudicij exa-
men & scrutinium, nõ esset tunc, cum
iam ipsius exitus è mundo ingruit
hora

hora, anxie timendũ. Prçuideri enim debuit & timeri, quando vita in ſuo curſu conſiſtebat vegeta & florens, & timor ille cõgruens ei tẽpori, reddidiſſet hominem tutũ prorſus & ſecurum in hac tẽporis anguſtia, Dũ bona valetudine & robuſtũ adhuc erat corpus, nulloq; grauatum languore: tunc ante oculos noſtros obſeruari debuit aſſidue illud beati Iacobi verbum. Ecce iudex ante ianuam aſſiſtit

Iacobi. 5.

Quo redderemur quotidie ſoliciti ad noſipſos dñudicandos, examinandos & cõdemnandos noſtro ipſorum iudicio, vt hac ratione & via durum euaderemus dei iudiciũ, cũ dicat Apoſtolus, quod ſi noſipſos dñudicaremus, non vtiq; dñudicaremur. Ingenue ergo fateor, timendũ eſſe diẽ iudicij. Nõ illũ ſolũ qui in conſummatione ſæculi futurus eſt omnibus generalis, ſed eũ qui in ipſo vitæ exitu cuiq; particulatim imminet, quoniã tunc diuinę ſententiæ fertur in ho

. Corin. 11.

minem

finem censura, quę perpetuo dura-
tura est lege immutabili, quę q; in ip-
so consummatorio sæculi iudicio cõ
firmabitur tantũ, & publico decreto
approbabitur. Timendus sane dies
hic est iudicarius: in transitu ab hoc
mundo cuiq; instans, quoniã in quo
statu inuenietur homo, in eo tẽporis
pũcto: in eo iudicabitur, & æternum
manebit, quẽad modũ ait beatus Cy-
prianus in sermone de immortalitate
Qualem te (inquit) inuenit Deus, cũ
vocat, talem pariter & iudicat. Cui cõ
sonat Ecclesiastes, dicẽs: Si ceciderit li Eccle. xi.
gnũ ad austrũ, aut ad aquilonem: in
quocũq; loco ceciderit, ibi erit. Quo
niam anima per mortem à corpore
succisa, siue in feruore charitatis hic
abierit, per austrum intellecto: siue in
algore & frigore malitiæ, per aquilo-
nẽ (à quo panditur omne malũ) insi- Hiere. i.
nuato, in ea dispositione perpetuo
est pmãsura. Sed tũc timẽdus est hic
dies, cũ timor ille fructuosus est acv ti-

lis, vt

lis, vt calcar assidue nos instimulans ad rationem de acceptis talentis cum Deo quotidie ponēdam: & quod nostro deest calculo atq; ratiocinio, per uigiliq; studio operaq; sedula opportune cōparandum ac emendandum Sic timuerunt hunc diem sancti & virtute celebres viri cum viuerent, eoq; timore incitabantur ad diligentiorem virtutis vsum, & ardentius exercitium. Ad hunc etiam timorem exhortatur omnes sacer Gregorius in homilia euangelij, quod in secunda dominica aduentus Domini legitur, his verbis: Illum quidem diem fratres chariſſimi, illum ante oculos ponite, & quicquid modo graue esse creditur, in eius cōparatione leuigatur. Illum (inquam) diem tota intentione cogitate, vitam corrigite, mores mutate, mala tentantia resistendo vincite, perpetrata autem fletibus punite. Aduentum nanq; æterni iudicis tanto securiores, quandoq;

vide

videbitis: quanto nũc districtiorem eius timendo prẽuenitis. Idem quoq; in Homilia Euangelij quod in octaua Paschæ legi solet, de iudice CHRISTO loquens, ita omnes admonet: Vitam vestram fratres, moresq; componite, is qui mitis surrexit à morte, ẽ districtus in iudicio veniet prẽuidete. Hunc tanti pauoris iudicem ante oculos ponite, hunc venturum timete, vt hũc cum venerit, non timidi, sed securi videatis. Timendus est ergo ne timeat. Terror eius nos ad vsum bonę operationis exerceat: metus illius vitam nostram à prauitate compescat. Mihi fratres credite, quia tanto tunc erimus securi de eius sententia, quanto nunc sine agimus, suspecti de culpa. Certe si aliquis vestrum cum suo aduersario causſam dicturus in meo iudicio die crastina esset exhibendus: totam fortasse noctem insomnem duceret: quid sibi dici posset, quid obiectionibus responderet

secum solicita & æstuanti mente ver saret: ne me inueniret asperum, vehe menter metueret: ne apud me appa reret noxius formidaret. Et quis ego aut quid ego? Nimirum non longe post futurus post hominem vermis post vermem puluis. Si ergo tanta cura pertimescitur iudicium pulue ris: qua intentione cogitandum est, qua formidine prouidendum tantæ iudicium maiestatis? Hæc Gregorius A cuius sententia & exhortandi rati one non abhorret Origenes, in Ho milia nona super Leuiticum ita disse rens. Si tibi hodie diceretur, quia iu dex sæculi vult te de crastino viuum exurere, & his auditis si esset tibi vni us diei spatium liberum: quanta face res, quomodo & per quos discurre res, q̃ humilis, quã lugens, q̃ sordidus oberrares. Nonne effunderes omnem pecuniã tuam in eos, quorũ interces sione euadere te posse crederes? nõne omnia quę possideres redemptionem

faceres

faceres ànimę tuę? Quod si etiã aliquis te retardare aut impedire tentaret, nonne diceres, pereãt omnia pro salute mea, nec quicquã remaneat, tantũ vt ego viuã? Hoc quare faceres: quia inde non dubitares. Et quid ego dico de certis indubitatisq; periculis? tantũmodo si caussa dicenda sit apud iudicem terrenũ, cuius aliquem metũ ex legibus quis habere videatur, non ne omnibus vigilijs excubatur: aduocati, patroni, munera præparantur? etiã si anceps periculũ sit, aut etiã solius notæ metus, vel dãni ratio. Nos quare non credimus: quod omnes astabimus ante tribunal CHRISTI? Hæc Origenes: At vero serus videtur & intempestiuus ille iudicij metus qui in ipso vitę exitu concipitur primum & apprehenditur. In toto autẽ viuẽdi trãsacto spatio, ne semel quidem aĩo occurrit ille dies examinio iudiciarij: nec solicitum adegit hominem ad melioris vitę fructum. Roma. 14

Nunquid tamen deijcere animum anxio timore & prosternere debet is qui sub ipsum ex hoc mundo transitum, primum metu diuini iudicij cõcutitur: cuius semper vixit ad eam vsq; horã immemor? Nequaquam, sed ad diuinæ misericordiæ anchorã cõfugere, illi firmiter affligi & hærere in eaq; totam suam spem reponere, & eo remedio liberabitur à naufragio, scopulosisq; anfractibus. Idem à seueritate rigida supernę iustitię, p uocet. (dum adhuc tempus est miserendi, ad consistorium diuinæ misericordiæ: illam sibi matronã suę causię assumat, & obtinebit in iudicio victoriam. Illa sit cõfugium vnicũ cuiuis in anxietate mortis constituto: ad eã tanquam ad asylum, tanquã ad portum, tanquam ad tutam stationem recurrat intrepidus, & cum fiducia: & salutem consequetur. Eandem sedulus imploret, dicens ex toto cordis affectu, Miserere mei Deus, secum-

dum

dum magnum misericordiam tuam.
Et secundum multitudinem miseraPsal.50.
tionum tuarum, dele iniquitatem
meam. Miserere mei Domine, quo-
niam infirmus sum: sana me Domi-Psal.6.
ne, quoniam conturbata sunt omnia
ossa mea. Ego dixi Domine, misere
re mei: sana animam meam, quia pec-Psal.40.
caui tibi. Domine nō secundum pec-
cata nostra facias nobis, neq; secundū
iniquitates nostras retribuas nobis. Psal.102.
Domine ne memineris iniquitatum
nostrarum antiquarum: cito antici-Psal.78.
pent nos misericordię tuæ, quia pau-
peres facti sumus nimis. Adiuua nos
Deus salutaris noster, & propter glo-
riā nominis tui domine libera nos,
& propitius esto peccatis nostris pro
pter nomen tuum. Non intres in iuPsal.142.
diciū eum seruo tuo Dñe. quoniā nō
iustificabitur in cōspectu tuo omnis
viuens. Si iniquitates obseruaueris Psal.129.
Dñe, Domine quis sustinebit? Quia
apud te ꝓpitiatio est, ꝙ apud Dñm

misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Et cætera id genus diuinæ misericordiæ inuocatoria pia verba (vt syncerus illi suggerit affectus) proferat. Vt igitur totius rei summa colligatur: si in agone mortis positus o homo, peccatorum tuorum recordatione & immanitate terreris conuola ad Dei misericordiam, & saluaberis. Si è diuerso bonorum operũ tuorum fiducia pulsaris ac titillaris: ea reiecta in solius misericordiæ Dei sinum te proñcias, & in illa tantum confidas. Si denicq; instantis iudicij tremore exagitaris, innitere Dei misericordiæ, vt solido fundamento, & non corrues.

¶ Quòd gehennę supplicia aduersario obiecta animo infirmi non debent metum illi incutere, neq; trepidationem illi inferre.

CAPVT XX.

Vt autem

VT autem grauiore mole horroris ac trepidationis obruat, & opprimat hominem morti iam propinquum hostis noster, obiectat eius animo nonnunquam horrenda gehennæ supplicia ignē inextinguibilem, tenebras exteriores, fletum & stridorem dentium, caminum ignis sulphure commixti, & stagnum sulphureum, ascendentemq; damnatorum fumum in sęcula sæculorum. His imaginibus & terricula mentis concutere mentem infirmi annititur, vt horū tristi specie attonitus ac consternatus, vix se colligere possit ad salutarium rerum meditationem ac cogitatum. Eos cruciatus deberi peccatis illius addicit, & iā pridē ipsum esse meritū æterna gehēnę incēdia, iā iamq; rapiendā eius animā in puteū abyssi, vnde nunq; liberetur, sępe etiā falso cōminatur, quod in inferno nulla est redemptio, iterū atque iterum illi suggerit, non saluti

ipsius

ipſius conſulere ſtudens, ſed æternũ ipſi inducere interitum per diffidentiæ & deſperationis laqueum. ¶Et id certe admiratione dignũ eſt, quod multorum oculos internos ita claudit aduerſarius per totum vitæ ſpatium vt ne ſemel quidem eorũ animũ ſubeat memoria gehennæ, quamdiu ſano ſunt corpore. Et hi quidem vſq; adeo excæcati ſunt ac obnubilati illecebris vitę prçſentis, vt craſſo velamine videantur oculos mentis obductos gerere nunquam in gehennę cogitationem intẽtos, neq; eam in partẽ deflexos. Aut ſi fortaſſe triſtis ſupplicioru noxijs debitorum ſpecies ipſis in trãſcurſu ingeratur: protinꝰ eam toto corporis & capitis nixu excutiunt animo, ne impedimento ſit perfruendis voluptibus. Nõnunquam præterea quæ ex ſacris literis afferſitur eis, & inculcantur teſtimonia de huiuſmodi pœnis æternis, vt delitia ridẽt & cõmẽtitia, diuitẽ epulonem

lonem inferna flamma cruciatum, ignem & vermem, stagnũ sulphuris ardẽtis, & cætera id genus in scriptu ris expressa, poetarum fabulis esse pu tant similia, & excogitata figmenta: qualia sunt triceps apud inferos Cer berus (vt Ciceronis in primo Tu sculanarum vtar verbis) Cocyti fre mitus, traiectio Acherontis, mento summam aquam attingens siti ene ctus Tantalus: & illud, quod Sisyph⁹ versat saxũ sudans nitendo, nec pro ficit hilum, inexorabiles etiam iudi ces, Aeacus, Minos, & Rhadaman thus, Sanè vt hæc à poetis conficta sunt de pœnis inferorũ: itaq; in sacris eloquijs dicuntur de malorum suppli cijs post hanc vitam inferẽdis, mũdi & voluptatũ amatores, nęnias quas dam & aniles nugas plerunq; existi mãt, & cõmenta esse dictitant dedita operain terrorẽ, vt ea via reuocẽtur homines à peccatis. Quemadmodũ matres anxię volentes filios suos do

mi continere, ne limine ædium pe-
dem inferant: fingunt striges noctu
vagari, quæ pueros foris inuentos
deuorent, aut lupos ad angulũ dom?
insidiari, vt si quos ibi offenderint,
protinus eos iugulent. Quod si qui
tales sunt eo laborantes vitio infide-
litatis & incredulitatis, vt fidem non
habeãt verbis Euãgelicis toties astru
entibus dira malorũ supplicia: in eos
permittitur nonnunquã diuino iu-
dicio noster inimicus exercere suã ty
rannidem circa vltimum vitę termi-
num, ac omni prorsus cœlesti destitu
tos præsidio, his infernorum supplí-
ciorum terroribus concutere, vt quę
aut credere noluerunt aut menti in-
figere sani ac sospites, eorum exterre-
antur horrida specie ac metu anxio-
iam morituri. Ita sanè furtis ac rapi-
nis assueti & latrociñs, quandiu li-
bero pede quo fert voluntas progre
diuntur, nunquam de furca cogitãt,
neq; crucis suppliciũ ipsis inferendũ
vnquã

vnquã animo reuoluunt. Vbi vero in crimine deprehensi à magistratu, detinentur in custodia publica, vinculisq; cõstricti iacent, tũc furcatũ imago obuersatur assidue antè oculos eorũ: tũc crucẽ & paribulũ ita mentí habent infixũ, vt ab eius nequeãt cogitatione dimoueri, quando apud se voluũt instare horã, quavltimo sunt afficiendi supplicio. ¶ Cęterũ sancta est & salubris cogitatio, ad frænandos impetus affectuum sæcularium, ac rebelles rationi cupiditates: supplíciorum gehennæ horrorem ac magnitudinem sæpius animo versare. vt sit is frequens cogitatus, retinaculum quoddam coercens effrenem petulantiã cordis, ac retrahens à pecca to, vbi nec amor honesti, nec diuinorum reuerentia præceptorũ, satis valet ad absterrendũ hominem à vitijs, haud aliter q̃ verberũ ac flagellorum metus & aspectus, cohibet à malefício seruos nullo ingenuo pudore prę

ditos

ditos, quos nec hortatu aliquo, nec suasione graui, nec seria admonitione vnquã dimouere queas à scelere: quod nullã habeãt honestã rationem Et hãc plane ob rem, sacrę literę (quæ ad communem omniũ salutem sunt conscriptæ) sæpius grauissimas illas pœnas commemorant, vt commone faciãt eos anxie solicitos esse debere ad ipsas euitandas. Esaias enim, intolerabiles eas significare volens, ait:

Esaię.33. Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorãte, aut quis habitabit ex vobis cũ ardoribus sempiternis? Idẽ

Esaię.66. quoq; perpetuã illarũ durationem insinuans, inquit: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt vsq; ad satietatem visionis omni carni. In euãgelio quoq;

Matt.8.15. Dominus apud Matthæum semel &
22.25 iterum nominat caminũ ignis & tenebras exteriores fletumq; & stridorem dentium, denique ignem & supplicium æternum. Apud Marcum (ve-

ro ite

ro, iterũ atq; iterũ repetit, imo tertio
profert ignem inextinguibilem, vbi Mar. 6.
vermis eorum non moritur, & ignis
eorum nõ extinguitur. Deniq; apud
Lucam, diuitem illum purpuratum Lucę. 16.
nitido amictum cultu & splendidis
assuetum epulis, sepultum in infer-
no lacu, & cruciari flamma: idem ve-
ritatis magister enarrat, vt & nostrã
solidet fidem, persuadeatq; nobis no-
xijs post mortem dira manere suppli
cia: & illorũ commemoratione qua-
si freno quodam & capistro, à pecca-
to nos cõpescat. Demũ sacra Apoca-
lypsis, meretricis magnæ dãnationẽ
describit: cuius fumus ascendit in sæ- Apoc. 18.
cula sæculorum, stagnum etiam ignis
ardẽtis & sulphuris exprimit, in quod
missus est diabolus & bestia & pseu-
doprophetæ, & cruciabuntur die ac
nocte in sæcula sæculorum. Et recte Apoc. 20.
prospexit Deus nostrę saluti, atq; nos
præmonuit interminorum illorum
cruciatuũ, vt effugiamus & decline-
mus

mus eos. Quod si præcipue non id voluisset vt ipsos deuitaremus: neq; admonuisset nos illorũ, neq; ante fuisset comminatus. ¶ At verò salubris quidẽ est huiusmodi cogitatio, cum validę adhuc in corpore sano sunt vires, cum solidum robur ineſt animo ad opera iustitiæ, virtutumq; officia quibus illa ęterni interitus euitẽtur supplicia, Non solet tamen illa meditatio plerunq; tantum afferre fructus, neque ita ad salutem conducere quando & emortuum iacet corpus & elanguidus est animus ob mortis propinquitatẽ, cũ non assit eo temporis puncto tanta facultas ad illa fructu bonorum operum euitanda, neq; tanta temporis oportunitas, Nihilo secius cõiecta in Deũ omni sua fiducia, & tota spẽ in eo collocata respondeat confidenter intra se lãguidus hosti hęc supplicíorũ terriculamẽta obiectãti: diabolo quidẽ & angelis eius paratũ esse (teste summa veritate) ig-

Matth. 25

nem

nem ęternũ, illiusq; consectatoribus hominib⁹, non autem ijs, qui in deũ credunt illumq; piè colunt. Christũ potentificasua ād inferna loca descẽsu, portas eorũ æreas & vectes ferreos confregisse: vt eius seruis ac famu- Psal.106. lis prævalere nequeãt. Eundẽ suo glorioso ad cœlos ascensu parefeciſſe tores regni cœlestis, in quod fidẽ eius & prȩcepta tenẽtes demum introeant Se in diuinę bonitatis magnitudine cõfidere, quòd eius gratuito munere perceptur⁹ sit regnũ ab origine mũ- Matth.25. di, iustis paratũ: q hęreditatẽ cõsequetur inter filios Dei, pretioso Christi sanguine sibi cõparatã, vbi inter sanctos portionẽ & sortẽ, Dei benigno indultu est adepturus. ¶ Dehinc reiecta tristi gehennę & infernalis abyssi imagine pro viribus mentem erigat ad cœlestem illam ciuitatem Hierusalẽ, & immarcessibilia eius gaudia quorũ meditatione exhilaretcat, & lętitia perfundatur. ¶ Veniat illi in

mentẽ

mentem lux illa perpetua regionis viuorum: nullis fuscanda tenebris, aut nubibus atris obducenda. Fulge
Matt.13. bunt (inquit ipsa veritas) iusti sicut sol in regno patris eorū. Et Salomon in libro Sapientiæ, Fulgebunt iusti
Sapien.3. & tanquā scintillę in arundineto discurrent. Ioannes item in Apocalypsi, ait: Et ciuitas non eget sole neq; luna, vt luceāt in ea. nā claritas Dei il-
Apoca.21. luminabit illā, & lucerna ei⁹ est agn⁹

2 Occurrat item animo eius certa illa securitas & secura certitudo, incolis illius supernę regionis à Deo constituta quod nūquam eorū finiētur gaudia, nunquā bona minuētur, sed augescent potius. Nam vt ait Esaias propheta. Lætitia sempiterna super
Esaię.51. capita eorū, gaudiū & lętitiā obtinebūt fugiet dolor & gemitus. Et idem alio in loco: Oculi tui videbūt Hieru
Esaię.33. salē habitationē opulentā, tabernaculū ꝙ nequaq̄ trāsferri poterit, nec auferētur claui ei⁹ in sempiternū. & oēs

funi

funiculi eius non rumpentur, quia solummodo ibi magnificus est dominus noster. 3 Nunquam praeterea excidat eius animo, in illa superna ciuitate indeficientem esse exanclatis iam laboribus & æternam quietem, quemadmodum in Apocalypsi Apoc. 7.
Ioannes cõtestatur, q̃ sancti cœlestis regionis ciues non esurient neque sitient amplius, neque cadet super illos sol neque vllus æstus: & absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum. Et idem in alio eiusdem libri Apoc. 14.
loco: Amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Hoc & beatus Augustinus in vigesimo primo capite libri suarum meditationum his verbis explicat: O tu vita felicissima, o regnum vere beatum, vbi continuus sine nocte dies nescit habere terminum, vbi victor miles illis hymnidicis angelorum sociatus choris, cantitat DEO sine cessione canticũ de canticis Sion, nobile per-

petua caput amplectente corona.
4 Conuertatur etiam oculos mentis ad considerandum ornatũ & cultũ pretiosum felicissimę illius ciuitatis, in qua sancti ſplendicant amicti
poc.5. lumine sicut vestimento, & à beato Ioanne describũtur amicti stolis albis & palmę in manibus eorum, ac coronę in capitibus ipsorũ repositæ. Et quemadmodũ itidem in sacra visione conspexit idem Deo dilectus discipulus: structura muri ciuitatis illius erat ex lapide Iaspide Ipsa vero ciuitas aurũ mundum, simile vitro mun
poca.21. do, & fundamenta muri eius omni lapide pretioso ornata. Et singulæ portę erant ex singulis margaritis & platea ciuitatis aurum mundũ, tanquam vitrum perlucidũ. 5 Demũ & id mentem inferni subeat atque recreet, quod in ipsa supercœlesti curia, sola est bonorum & numerosa societas, syncero & indissolubili charitatis nexu adinuicem copulata.

Ibi de

Ibi Deus ſublimi reſidens ſolio omnibus ſupereminet, qui eſt omnia in omnibus. Ibi & regina virginum virgo Maria, Dei mater eximia, in ſua ſpectatur gloria, ſuper omnes ſanctorum ordines ſublimata. Illic cœleſtes viſuntur & angelici ſpiritus, ſuis gradibus & numeris decentiſſime diſtincti. Illic (vt inquit Cyprianus in fine ſermonis de mortalitate, iam ſæpius citati) apoſtolorum glorioſus chorus, illic prophetarũ exultantiũ numerus. Illic martyrum innumerabilis populus, ob certaminis & paſſionis victoriã coronatus. Triumphantes virgines, quæ concupiſcentiam carnis & corporis, cõtinentiæ roborę ſubegerunt. Remunerati miſericordes, qui alimentis & largitionibus pauperum, iuſtitiæ opera fecerunt: qui dominica præcepta ſeruantes, ad cœleſtes theſauros terrena patrimonia tranſtulerunt. Ad hos (inquit) fratres dilectiſſimi, aui-

da cupiditate properemus, vt cũ his cito esse possimus, vt cito ad Christum venire contingat, optemus.

Hæc Cyprianus. Demum in ipso cœlesti palatio, copiosa est electorum
Apoc. 7. turba, quam dinumerare nemo posset, nisi is qui numerat multitudinẽ stellarum, & omnibus eis nomina
Psal. 146. vocat. Et vt paucis cum beato Augustino in libro suorum soliloquiorum capite trigesimoquinto omnia concludam: ibi gaudium infinitum, lætitia sine tristitia, salus sine dolore, via sine labore, lux sine tenebris, vita sine morte, omne bonum sine omni malo. Hęc alacri alo (quantũ potest) voluat, q̃ diris gehennę pulsatur imaginibus & tetraspecie: & in istis adiutore Deo consolationem accipiet, & cordis sentiet hilaritatem internam.

¶ Contra tetras dæmonum larvas morientibus interdum apparentes, sanctę crucis signaculo & oratione deuota vtendũ esse.

CAP

MORIENDI CAPVT XXI.

DECIMO ac postremo loco mouet hostis noster atrox in homines in hac vita statim decessuros bellum, perterribiles visu formas, & horrificas facies, quibus apparere solent lemures & angeli Satanæ ijs qui in agone mortis cõstituti sunt vt eos horrore ac terrore quatiant. Nunc in forma Aethiopum truci ac terrifico vultu astantium, nunc maiorum murium (quos glires vocant) aut felium, nunc in corvorum habitu ac specie, vt ferunt: nunc alia quauis horrenda imagine induti, inferunt se morientiũ aspectibus: quo eos timore ac pauore exanimatos reddãt ac attonitos. Quod certe non omnino incredibile videri cuiq; debet, cum & beato Martino, virtute & meritis mirifice insigni, sub exitum eius astitisse Satanas legatur. Quẽ sanctꝰ vir cũ fiducia increpitãs, dixit: Quid hic

aſtas cruenta beſtia? nihil in me funeſtum reperies, ſed ſinus Abrahæ me recipiet. Imò verò, quod amplius eſt, Chriſto in cruce patienti, idem (vt multi ſentiunt) hoſtis antiquus aſtitit, credens aliquid de ſuo in eius anima reperire, quemadmodum de ipſo prius dixerat Dominus noſter:
Ioan.14. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam Quanto ergo magis in aliorum hominum exitu de hoc mundo ingerit ſe formidabili quadam figura cõſpectibus aliorũ hominũ, inſidiatuŕq; ipſorum calcaneo, vt ſuũ aliquid in eis inueniat, & abeuntem corpore animã ſecũ rapiat ad tormenta. Comprobat idipſum beatus Gregorius in Homilia illius Euangelij ſecundũ Lucã: Cum
Luc.19. appropinquaſſet Ieſus Hieruſalem, videns ciuitatem fleuit ſuper illam, ita dicens: Vnde curandum nobis eſt & cum magnis quotidie fletibus cogitandum, quàm ſæuus, quàm terri-

bilis

bilis suain nobis opera requirens in die nostri exitus princeps huius mũdi veniat, si etiam ad Deũ carne mortientem venit, & in illo quæsiuit aliquid, in quo inuenire nil potuit.

Quid ita? nos miseri dicturi, quid acturi sumus, qui innumera mala commisimus? Quid requirenti aduersario, & multa sua in nobis inuenienti dicemus? nisi quod solum est nobis certum refugium, solida spes quia vnum cum illo facti sumus: in quo princeps mundi huius & suum aliquid requisiuit, & inuenire nõ potuit, quoniam solus est inter mortuos liber, & à peccati iam seruitio Psal. 87.
ver cilibertate soluimur, quia ei qui vere liber est, vnimur. Constat enim nec negare possumus, quia princeps mundi huius habet in nobis multa, sed tamen mortis nostræ tempore iam nos rapere non valet, quia eius membra effecti sumus, in quo non habet quicquam. Hæc Gregorius:

Et hi quidem qui impuritate vitæ & immanitate scelerum obsequuti sunt desideriis ipsius serpentis antiqui cum vitæ munere, quique suasionibus eius & impulsionibus ad mala, obtemperãter aures patefecerunt, molestiorem sentiunt hanc extremã infestationem, quoniam valentior ob priorem dominatum atque principatum insurgit in eos hostis, & horridiore metu ipsos excruciat. Qui vero in ipsa militiæ suæ palestra acriter illi restiterunt, praua suadentem, fortiter repulerunt, neque ipsius imposteris suasiuncolas admiserunt, vt Deum offenderent, minus infestantur horrido illius aspectu, toruàque & truci specie, quoniam victus sæpenumero ab illis dæmon, non tantum instare cõtra eos permittitur, quantũ velit: & diuino præsidio tutãte ęgrotos, coercitus, lãguidas habet & propemodum fractas in illos vires. Verumtamen & hi & illi, contra hęc ho-

stis

stis terriculamenta & tristia spectacula, signaculo viuificę crucis se debent assidue munire, ipsamque sanctam crucem (quæ oculis eorum, cum iam fatiscente natura decumbit, esse debet semper obiecta) strictius amplecti, vt munimentum vnicum contra hostiles incursus. Sicut enim exhorret baculñ canis domesticus quo semel fuit percussus, & vbi primum arripi illum videt, territus aufugit, ne rursum sustineat illius verbera: Ita aduersarius noster, quoniam virtute sacræ crucis deuictus est ac prostratus, inhorrescit illius aspectum, neque præsentiam eius quoquo pacto ferre valet. Memoriam quoque dominicę passionis in animum reuocet: flagra, coronam spineam, transfixas clauis manus ac pedes in cruce adapertumque lancea militari latus. Ad vulnera CHRISTI confugiat, vt tutum contra sęuitiam hostis receptaculum, in illis abscondatur &

latitet, vt euadat rugitũ truculenti leonis, quemadmodũ colũbam aiunt occultare in foramine petrę aut cauerna macerię, quo euadat rapacem accipitrem illi insidiantem. Est enim CHRISTVS firma petra, in cuius vulneribus, vt cauis foraminibus, tutela est ac salus contra dęmonis rabiem. Ad hęc intentissimo corde ad Deũ confugiat, vt filius in extremo vitæ discrimine positus, & inimiciter ab hostibus impetitus, ad pientissimum patrem recurrit. Illius enixè imploret auxilium, contra violentos insultus aduersariũ. In ipsius manus animam suam commendet, vt eam custodiat ab immanitate leonis rugientis, dicatq; si nõ ore potest saltem intimo corde: Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina: Adiutorium nostrũ in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram. Ne derelinquas me Domine Deus meus, ne dis-

sal. 69.

sal. 123.

sal 37.

scesse

ſceſſeris à me. Intende in adiutorium meum, Domine Deus ſalutis meæ. Psal. 26.

Adiutor meus eſto Domine, ne derelinquas me, neq; deſpicias me Deus ſalutaris meus. Nequando rapiat vt leo animam meam, dum non eſt qui redimat neque qui ſaluum faciat. Psal. 7.

Eripe me de inimicis meis Domine; ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Psal. 142.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam propter nomen tuum Domine viuificabis me in æquitate tua. Educes de tribulatione animam meam, & in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulãt animam meam, quoniam ego ſeruus tuus ſum. In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum: redemiſti me Domine Deus veritatis. Psal. 30.

Et hũc poſtremũ verſum ſæpius iteret ac repetat, quod à Chriſto Domino noſtro in cruce pẽdente, & mox ſpiritum emiſſuro ſit pronũ- Lucæ. 23.

pronuntiatus inter nouissima verba Quinimo & omnes illius psalmi trigesimi versus à principio ad hunc vsque, si animo sedeat, in modum orationis proferat, quoniam præsenti negotio sunt accommodi. Et cætera id genus in psalmis sparsim conscripta, & diuini auxilij inuocatoria verba piè meditetur, aut alia quęuis pro suo arbitrio fundat ad Deum sanctarum imprecationum genera.

¶Præterea supplices etiã tendat palmas ægrotus ad sacrosanctam virginem Mariam, & illi vota precesque ferat, vt sibi sit auxilio in hac mortis angustia. Cum enim caput antiqui serpentis forti virtutis suæ pede continuerit, & generis humani sedula sit adiutrix & aduocata, afflictorum cõsolatrix & patrona peccatorum, pñs inuocata precibus, haud dubiè aderit illi in subsidium & leuamen. Itaque totam mentem suam conuertat ad ipsam sacram virginem: eamque

Gene. 3.

vt dulo-

vt dulcissimam matrem suam his Orationes compellet vocibus: Sub tuum præsi, breues ad dium cõfugimus sancta dei genitrix beatam vir nostras deprecationes ne despicias in ginem, necessitatibus nostris, sed à periculis cunctis libera nos semper virgo be nedicta. Maria mater gratiæ, mater misericordiæ, tu nos ab hoste prote ge, & hora mortis suscipe. In om ni tribulatione & angustia, succurre nobis pia virgo Maria. Ora pro no bis sancta Dei genitrix, vt digni effi ciamur promissionibus Christi.

Oremus. Protege Domine famulos tuos subsidijs pacis, & bea tæ Mariæ semper virginis patroci nijs confidentes, à cunctis hostibus nos redde securos. Alias quoque orationes pias & religiosas pro suæ deuotionis affectu & voluntate, ad eandem Dei sacratissimam matrem profundat. ¶ Demum & angelum sanctum, custodiæ suæ diuina digna tione designatum, cum magna sedu

lita

litate inuocet ægrotus, vbi in hac extrema anxietate & summo discrimine ne assistat illi adiutor, contra impetum & impugnationem fallacis & crudelis inimici. Commemoret in Psalmo dictum esse: Immittit angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Et iterum: Quoniam angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Oret igitur obnixè, vt hæc officia sibi præstet sanctus angelus Domini custos suus, vt circunsepiat se & circundet muro protectionis suæ, eripiatq; de manu inimici: custodiat se in omnibus viis suis, potissimum in exitu de corpore, atque subleuet ipsum auxiliatrice dextera, ne aliquod incurrat offendiculum. Adducat & id in suæ petitionis robur, quòd cũ Christus Dominus noster in horto sanguineũ stillaret sudorem ob acer-

bissi

bissimam instantis mortis agoniam apparuit ei de cœlo angelus domini confortans eum. Ita & sibi in extrema anxietate constituto, ferat præsidiũ & confortationem angelica gratia. Necnon & illud afferat, quod cũ Tobias iunior pedes abluens in flumine, timeret immanem piscem, qui adnatauit ad se deuorandum, exclamauit voce magna ad Raphaelem angelum Domini, itineris sui ducem Domine, inuadit me. Et statim angelus confortãs eum, à deuoratione piscis illesum reddidit. Haud secus ingenti virtute cetus, & eo formidabilior qui deglutiuit Ionam prophetã nunc instat, vrget & premit se ęgrotum & inualidum, vt viuum absorbeat: ferat opem suę imbecillitati, sua que virtute protegar, vt intactus fauces auidas balęnæ illius euadat. Demum sanctorũ illorũ atq; sanctarum ad quos cũ viueret speciali deuotiõis cultu afficiebatur, imploret opem & subsi

Tobiæ. 6.

Ionę. 2.

subsidium, vt nunc cum extrema ingruit necessitas & pugna nouissima præstent auxilium infirmo ac debili seruo suo: sanctumq; ac felicem obitū sibi à Domino Deo impetrent.

¶ Insuper curet infirmus acciri sacerdotes aliquos & ecclesiastici gradus viros, qui assistant morienti, & continuè orationi insistant, aut lectioni dominicæ passionis, alteriusve rei sacræ, illi horæ conuenientis. Nempe per assiduam orationis ad Deum effusionem, plerunq; profugatur hostis antiquus, & eo loco abigitur aut saltem debilitatur eius violentia, ne grauius infestet. Illud sane faciundum esse admonet beatus Iacobus, dicens: Infirmatur quis in vobis, inducat presbiteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini. Et oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei. ¶ Ex ipsis autem viris sacerdota-

Iaco. 5.

dotalibus vnus deligatur, hanc præcipue obiturus prouinciam: vt cum vox ipsa defecerit infirmum & natura mole morbi oppressa decumbit iam tendens ad interitum: voce clara quæ plene audiatur, & moderata quę non obtundat in extremo agone positum, suggerat ipsi ægroto salutaria monita ad emissionem vsq; spiritus: incitantia ad plenam, perfectamq; fidem inconcussè tenendam ad resistendum fortiter hostibus tentationibus cum fiducia in Domino. quoniam vt ait Apostolus: Fidelis Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet etiam cũ tẽtatione prouentum, vt possitis sustinere. Qui etiam admoneat ęgrotum iam extrema trahentem suspiria, vt omnimodam habeat confidentiã in Dei misericordia, per quam cõfidat se saluũ fore, regniq; cœlestis incolam: necnon & in amarissima Christi passione ac morte, per quam: 1. Corin. 10

redempti ſumus, & per quam ſe ſpe-
ret ęgrotus ſaluatum iri. Commone
faciat quoq; prerioſum Chriſti ſan-
guinem pro nobis effuſum in noſtrę
redemptionis pretium. Ipſius & ca-
put ſpinis ſaucium, in cruce inclina
tũ ad porrigendũ nobis oſculũ. Ma
nus ipſius ſacras in cruce paſſas & ex
tentas, vt nos ad ſe veniẽtes dulciter
amplectatur. Latus eiuſdem nobis
apertum lancea & patens, vt per il-
lud ingrediamur ad ipſum, illiq; in-
ſeramur, coniungamur & vniamur,
Quod & beatus Bernardus in ſpem
bonam venię omnes erigens, his ver
bis conteſtatur: Quis nõ rapietur ad
ſpem aut ad habendam fiduciam: ſi
attendat in cruce Chriſti diſpoſitio-
nem? Vide caput inclinatum & os,
ad oſculandũ, brachia extenſa ad am-
plexandum, manus perforatas ad lar
giendum, latus apertũ ad diligendũ,
& totius corporis extenſionẽ ad to-
tum ſe impendendum. Hæc ille. Com
memo

memoret item ſacerdos ille, admoni
toris fungēs officio, tam eximiā fuiſ
ſe Chriſti charitatē, tam arden sin eo
noſtræ ſalutis deſideriū, vt nō ſolum
homo fieri pro nobis fuerit dignat⁹
ſed & ſeipſum totū impēderit in cru
ce, animam q; ſuā poſuerit pro redem
ptione generis humani Eundē pecca 1. Petri. 2.
ta noſtra pertuliſſe in corpore ſuo ſu
per lignū crucis, nos q; eius liuore ſa-
natos eſſe, vt ait beatus Petrus Deū
patrem in Chriſto poſuiſſe pcta oim
noſtrum, vt inquit Eſaias: & mortē Eſaiæ, 52.
ipſius acerbiſsimam acceptaſſe in ſa-
tisfactionem omnium peccatorum
noſtrorum. Idcirco non tunc eſſe tre
pidandum ipſi ægroto, aut anxie
formidandum de peccatorum ſuo-
rum remiſsione, ſed confidentiā tan
tū in Deo collocandā quód ppitius
ei ſit futurus & miſericors. Adiiciat
& Chriſtū in cruce cum clamore va- Hebræ. 5.
lido & lachrymis oraſſe Deum pa-
trem, non ſolum pro peccatis crucifi

gentium se, sed omnium qui creditu
cę.23. ri essent in ipsum, quemadmodum facta cœna nouissima cum discipulis suis, post insignem & pręclarum sermonem ad ipsos habitum, subleuatis oculis orans Deum patrem pro
an.17. eorũ salute, subiunxit: Nõ pro eis autem rogo tantũ, sed & pro eis qui credituri sunt per verbũ eorũ in me, vt omnes vnũ sint: sicut tu pater in me & ego in te: & vt ipsi in nobis vnũ sint: vt credat mũdus quia tu me misisti. Enimuero in cruce pendens. Dñs noster: vt vniuersalis põtifex & summus omniũ sacerdos, pro peccatorũ totius mũdi expiatione tunc sacra fe
phe.5. cit: & tradidit semetipsum oblationẽ & hostiam Deo, in odorẽ suauitatis. Deniq; proponat infirmo Deum patrem tradidisse Christum, propitiationem pro peccatis nostris, non pro
Ioannis.2 nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Proinde admoneat, q̃ posito metu, bono sit animo, & cer-

tet bo-

tet bonum certamen, & cursum con
summet in Domino, hæc & similia,
ex prædictis facile colligenda sugge-
rat pius ille sacerdos homini iam ten-
denti ad exitum, quibus animũ eius
erigat in spem bonam, & fiduciam
consequendę salutis. Sępius itidẽ no
minet cum religione & veneratione
coram ægroto, hęc duo nomina sin
gularia, õniq; honore digna: IESVS
MARIA, vt altius animo illius hęre
ant ex frequẽti iteratione & maneant
infixa. Consolationẽ insu per illi affe
rant: & adaugeant vires cõtra hosti-
les insultus: quoniã sicut deficit fum⁹
turbedine venti dissipatus, & sicut flu
it cera à facie ignis. ita maligni spirit⁹
despereunt ac euanescunt a cõspectu
& præsentia horum duorum nomi-
num sacratissimorum, neq; virtutem
ipsorum sustinere queunt. ¶Porro
in postremis decem capitibus, à duo-
decimo videlicet vsq; ad vigesimum
primum ac præsens caput: decem de-

ſcripſimus tentationes & impugnationes aduerſarij noſtri, quibus tranſeuntem ex hoc mũdo homine acriter infeſtare ſolet: cuiq; capiti vnam aſſignantes tentationem, & contra eam remedium atq; defenſaculum. Quarum prima eſt, de obmurmuratione in DEVM, ob vitam tam cito ſucciſam. Secunda, de impatientia, ob acerbitatem dolorum corpus afflictantium. Tertia, de triſtitia abſorbente animum, propter priuationẽ opum, voluptatum, & honorum terrenorum. Quarta, de mœrore deijciẽte mentem, propter ſeparationem ab amicis & conſanguineis vnicè dilectis. Quinta, de dubitatione in fide, & inductione ad infidelitatẽ. Sexta, de impulſione ad deſperationem, ob grauitatem malorũ ante perpetratorum. Septima, de inani gloriatione & magna ſui æſtimatione, ob innocentiã & integritatem vitæ prꝛteritæ. Octaua, de timore mortis inſtantis,

& iudicij in illius puncto ſubeundi. Nona, de horrore ſuppliciorum gehēnæ, quē ingerit hoſtis homini moriēti, vt ipſum exterreat. Decima, de apparitione, viſioneq; malignorum ſpirituum: ſub forma aliqua terribili morientibus plerunq; aſtantium. Et quonam pacto quæq; harum tentationum ſuſtinenda ſit, ac fortiter reijcienda, quibuſve munimentis ſuffulciendus ſit morientis animus ad hoſtiles iſtos impetus retundendos, in ſingulis datorum capitum ſuo dictū eſt loco. Neq; nos latet, multo plures eſſe vias ac modos quibus adoriri humanę cōditionis debitum perſoluentem hominem poſſit aduerſarius noſter, cui mille nocēdi artes & fraudū nomina mille. Verum ad denariūm vſq; (qui perfectionis cenſetur numerus, & numerorū omnium ſecundū Pythagoricos limes primarius) continuo ordine deducti id genus modi, ſufficere nobis viſi ſunt, quippe ſiq ſu

persunt reliqui, ad eos qui supra expressi sunt, facile reduci possunt.

¶ Moderandum esse dolorem rectę rationis lege, qui propter obitum cognatorum ac amicorum à plerisq; maior ęquo suscipitur.

CAPVT XXII.

AT vero & id calci præsentis operis adiiciendum videtur à suscepti hic negotij instituto (vt reor) nequaquam alienum: mortuos immoderato luctu ab ijs qui superstites sunt deflendos non esse, nec diuturnis lamentis deplorandos, ne videantur, qui ita grauiter lugent defunctos, aut diuino decreto contraire velle, eiusque bonæ voluntate obluctari. id ægro ferentes & iniquo animo, quod Deus fieri voluit, cuius tamen voluntatem in terra sicut & in cœlo compleri semper orant: neve censeantur de fide catholica perperam sentire: autumantes amicorum (quos tam immoderate lugent)

gent) animas interiisse cum corpore, nihilq; illorum amplius supereſſe: vel nõ eſſe demũ ad vitam reſurrecturos illos in cõſummatione ſęculi putantes, Ad quẽ ſuſtollendũ errorẽ: beatus Paulus ad Theſſalonicenſes ſcribit hoc modo. Nolumus autẽ vos ignorare fratres de dormientib⁹, vt nõ cõtriſtemini, ſicut & cęteri qui ſpẽ non habent. Deinde reſurrectionis omnium futurę ſpẽ ſolidè & piè idẽ Apoſtolus eodem in loco aſtruit. ¶ Fateor equidem, non omnino à pijs lachrymis quas mollior in nobis affectus excitat & amor in defunctos, temperandũ eſſe cum & Dominus noſter ab ſolutiſsima virtutũ omnium idea: Lazarũ mortuũ piè defleuerit, & ſanctæ eius ſorores Maria & Martha mirifice cõmendẽtur, quod fraternũ deplorauerint funus. Officioſę etiã mulieres illæ quę Chriſto in cruce extrema patienti ſedulę aſtiterũt: ob id nõ immerito laudãtur, q̃ ipſum mortuũ

1. Theſſ. 4.

Ioan. 11.

Lucę. 23.

& sepultum multis lachrymis sunt prosequutæ. Et certe aut rigidos silices, durumve in pectore ferrum gerere ille videtur, qui nullo pacto afficitur dolore ob amicum fatis ereptum aut eo argumento ostendit se illum, dū viveret, frigide & languide amasse, quòd eius interitum tam facile & leuiter ferat, nec vllis fletibus testetur suū (quo angiturintrorsum) dolorem. vnde non leuis sumitur à multis coniectura, quòd nullo amici iam hac luce exempti, teneatur desiderio. Ne igitur aut saxeo adamanti aove corde videamur esse, aut vita defunctum amicum remisse tantum & vulgariter amasse, ex pietate animi & syncero cōmiserationis affectu prodeuntes lachrymas illi impartiamur æquū est, sed recta rationis lege moderatas. Hoc enim testimonium quoddam est vitæ, à mortuo, qui defletur, cū laude & probitate trāsactę: quoniam ingens sui desiderii viuen

tibus

tibus reliquit, vt testatur vltrò erũpentes eorum lachrymę. Hinc Solon vnus ex septẽ sapientibus, dixisse feratur, se nolle hinc sine propinquorũ lachrymis & fletu emigrare. Cuius verba teste Cicerone primo Tuscu-lanarum libro, sunt hæc:

Mors mea ne careat lachrymis, linquamus amicis
Mœrorem vt celebrent funera cũ gemitu.

Et Herodes ille infantium Bethlee-miticorum trucidator crudelissimus sibi conscius quanta immanitate & cæde debacchatus fuerat in vita sua in domesticos & exteros, facile con-iectauit (id quod erat) raros admo-dum futuros, qui mortem eius pro-pediem instantem deflerent. Proin-de ne sua funera luctu carerent, exe-crabile tentauit facinus, vt refert Ios-phus circa finẽ primi lib. de bello Iu-daico. Ex omni enim Iudæa nobilis-simos quosq; & primores cõprehẽdi

& in loco cui nomen est Hippodro-
mo concludi iussit. Deinde Salome
sorore sua & Alexandro marito eius
ad se vocatis, scio (inquit) iudęos mor
tem meam cum magna lætitia cele-
braturos, quoniam ipsis sum inuisus
Verũ communem luctum consequi
potero, & largas in funere meo la-
chrymas: si quæ præcipio, feceritis.
Cum primum animam efflauero,
hos omnes viros in custodia Hippo
dromi detentos, militibus circunda-
tos occidite: vt omnis Iudæa vel in-
uita mihi lachrymas & funeri meo
impartiatur Salome aũt mortuo He
rode cum viro suo in eum locum
progressa, vinctos illos omnes absol-
uit, quos occidi Herodes mandaue-
rat, & liberos ipsos domũ abire per-
misit, quod fratre suo longe huma-
nior, tam infandum scelus execrare-
tur. Et ita factũ est vt qui per tetrum
facinus luctum in sua morte quæsie-
rat: omnibus gaudium publicum du

plici

plici de cauſſa & lętitiam communẽ reliquerit: tum ob ſuum interitum, qui omnibus erat odioſus: tum ob illuſtrium virorum innocentium liberationem è carcere. Quinimo & in ſacra ſcriptura illos qui piè ſanctéq; vixerant, & ampla in alios beneficia cõtulerant: diuturno, ſolẽniq; luctu fuiſſe honoratos legimus in teſtimonium integritatis & bonitatis prętęritę: & in quandam gratitudinẽ accepti à tota cõmunitate beneficij, vt Iacob patriarcham mortuum, totos ſeptuaginta dies fleuit Aegyptus, Gene. 5. Aaron etiam ſummum ſacerdotem vita defunctum, triginta diebus defleuit populus Iſraeliticus. Et Moyſen fratrem eius vbi vitę curſum expleuerat, tanto identidẽ tẽpore idem populus deplorauit. Demum Iudith honorabilẽ viduã vbi rebus humanis fœliciter eſſet ſublata, luxit popu Iudith. 16
lus Bethulię diebus ſeptẽ. Eratq; iſluctus prętęritæ virtutis eius index ac teſtis. Deutro. 34 Nume. 20

testisofficiosaq; illi publico consensu & approbatione facta parẽratio. De beato quoq; Stephano protomartyre legimus in Actis apostolicis,quod curauerũt illũ(quantũ ad sepulturæ exequias)viri timorati,& fecerũt plãctum magnũ super eũ. Quinetiã & ipse Ecclesiasticus, impẽdendas mortuis lachrymas, non tamen immoderatas nec in longum productas tempus admonet dicens:Supra mortuũ plora,quoniã defecit lux eius. Modicũ plora super mortuũ,quoniã requieuit. luctus mortui septẽ dies. Et idẽ alio loco:Fili in mortuum producla chrymas,& quasi dira passus, incipe plorare. Veruntamen abiecta omni moderatione & rationis temperamẽto indulgere solis lachrymis, nequaq; virilis est & constantis animi,sed imbecillis,& fœminea mollitie enerua ti.quod vel hac sola ratione conuincitur,quoniam nullis fletibus quantumlibet largis & in multos extentis an-

ctuum.8.

ccle.22.

clesi.38.

tis annos, reuocari ad vitam possunt qui deflentur. Inanes igitur sunt & irritę illę lachrymę, nullumq; parientes fructū ac vtilitatē. Quod memorabili exemplo nobis prodidit Rex Dauid, qui quamdiu languit vitamq; traxit infans ex Bersabea ei natus, ieiunauit, largasq; lachrymas effudit, & ingressus seorsum iacuit super terram, deprecans Dominum pro salute pueri. Cum primum vero accepit ex seruis ad inuicem musitantibus mortuū esse puerū, reiecit vestes lugubres & squalidas, induitq; se cultiore amictu, faciē lauit: & posita mensa epulatus est hilariter. Id demū demirarētur serui eius, putātes quod amplius se esset afflicturus intellecta filij sui morte, qui ipso adhuc superstite ieiunio & fletu ita se macerauerat, causſamq; illi⁹ rei percōta ent, rñdit: Propter infantē dū adhuc viueret, ieiunaui & fleui, dicebā em: Quis scit si forte donet eū mihi dominus, & vi- 2. Reg. 12.

uat in

uat infans? Nunc vero quia mortuus est, quare ieiuno? Nunquid potero reuocare eũ amplius? Ego vadam magis ad eum, ille vero non reuertetur ad me. Quibus sanè verbis sapienter ostendit Dauid, nõ esse lamentandũ, nec dolendũ pro eo, quod recuperari reuocariq; non potest. Sed & beatus Cyprianus in sermone de mortalitate (cuius in superioribus locis nõ semel facta est mentio) contestatur se diuina reuelatione sæpius fuisse admonitũ, imo & sibi à Deo prçceptũ q; publicé cõmonefaceret omnes & prędicando doceret, nõ esse deflẽdos fratres, qui diuina vocatione egrediuntur hoc sęculo: & hunc luctũ deo inuisum, ingratumq; esse. Eius verba sunt hęc, Nobis quoq; ipsis minimis & externis quoties reuelatũ est, q̃ frequẽter & manifestè de Dei dignatione prçceptũ est, vt cõtestarer assiduè & publice prædicarẽ, fratres nostros non esse lugendos, accersione domi-

nica de

nica de seculo liberatos. cum sciam nō eos amitti, sed præmitti, recedentes præcedere, vt proficiscentes & nauigantes solent. Desiderari eos debere, non plangi. Nec accipiendas esse hic atras vestes, quando illi ibi indumenta alba iam sumpserunt. Occasionem dandam non esse gentilibus vt nos merito ac iure reprehendant, quod quos viuere apud Deum dicimus, vt extinctos & perditos lugeamus. & fidem quam sermone & voce depromimus, cordis & pectoris testimonio non probemus. Spei nostræ ac fidei, præuaricatores sumus simulata, ficta, fucata videntur esse, quæ dicimus. Nihil prodest, verbis proferre virtutem, & factis destruere veritatem. Hæc Cyprianus: Quinimo & CHRISTVS discipulos suos edocuit, non esse dolendum de transitu amici ex hoc mundo, præsertim virtute consummati, & iustitiæ cultu percelebris: sed potius illi

congratulandum, & hanc congratulationem, indicem esse & testem veri amoris mutui, quo adinuicem deuinciuntur ipsi superstites, & is qui hinc demigrat Edocuit, inquam, cũ his verbis eos compellat: Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia ad patrem vado. Et sæpius alias leui increpatione eos perstringit, quod quoties de sua abitione eis verba faceret graui afficerentur tristitia & mœrore contabescerent: Vado (inquit) ad eum qui me misit, & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Et iterum: Non turbetur cor vestrũ neque formidet, vado & venio ad vos. Quod & Cyprianus in prędicto sermone his verbis cõplectitur: Quantũ prosit exire de sæculo, Christus ipse salutis atque vtilitatis nostræ magister ostendit. Qui cum discipuli eius contristarentur, ꝙ se iam diceret recessurũ, loquu-

ioannis. 14

ioan. 16.

Ioannis. 14

tus

tus est ad eos dicens: Si me dilexisse- Ioannis.x
tis, gauderetis: quoniam ad patrem
vado. docens & ostendens, cum cha-
ri quos diligimus de sæculo exeunt,
gaudendum potius esse q̃ dolendum
Cuius rei memor beatus Apostolus Philip.x
Paulus, in epistola sua ponit & dicit:
Mihi viuere Christus est, & mori lu-
crum. Lucrũ maximum computans,
iam sæculi laqueis non teneri, iã nul
lis peccatis & vitijs carnis obnoxiũ
fieri, exemptis pressuris angentibus,
& venenatis diaboli fraudibus libe-
ratũ, ad lætitiam salutis æternę Chri
sto vocante proficiscì. Hæc ille.
Permulta præterea super hac re, non
esse inquam lugendo sintemperãtius
mortuos, edisserit vir eloquentissi-
mus & idem doctissimus Franciscus
Philelphus, præsertim in luculenta
illa oratione consolatoria, quam scri
bit ad Iacobum Antonium Marcel-
lum Patritium Venetũ & equitem
auratum de obitu Valerij filij sui.

In qua copioſe, eleganter & pręclare de animorũ immortalitate, & nõ deplorandis ĩjs qui hinc à Deo euocantur, verba facit. Complures etiam epiſtolæ beati patris Hieronymi conſolatorię viuentium ſuper morte defunctorum, ad idem negotium quod in prięſentia pertractatur, mirificè cõducunt. Contendunt enim & authoritatibus ſcripturę & validis rationibus, nõ defleri immoderatius eos debere, qui vitã cũ morte non cõmutarunt. Vt ea quę ad Heliodorum ſcribitur de morte Nepotiani, quę ad Paulã ſuper dormitione Bleſillę filię ſuæ quę ad Tyraſium, de obitu filię: & reliquę eiuſdem authoris epiſtolę conſimilem cõſcribẽtes materiam & continuo ordine conſequentes. Quinimo cõpluſcula in ſuperioribus huius opuſculi locis, pręſertim ſecundo capite & tribus continenter ſequentibus dicta, plurimũ etiam faciunt ad rei propoſitæ corroborationem. &

ex his

ex his ſumi poſſunt rationes validæ ad comprobandum id quod nũc agitatur. Si enim trepidare metu non debet, nec formidare mortem, qui ab hac peregrinatione terreſtri accerſitur ad alterius vitę ſtatum, vocante Deo, q̃ mors ipſa nullum detrimentum, ſed multa afferat hominibus cõmoda, conſequens eſt & neminem debere de amicorum tranſitu obdormitione q̃ dolere, aut mærore confici, quod hac vita promoueantur ad potiora bona. Cum itaque primum in dictis locis & alijs ſparſim in hoc opere adductis, multifariam ſit oſtenſum: ſecundum etiam ijſdem prorſus rationibus & vijs monſtratũ eſſe putari debet. Quocirca receptui nunc canentes, perſuaſum omnibus eſſe velimus, in morte (quæ animam a corpore diſſeparat) nihil eſſe quod iure timeamus, niſi graues antiqui hoſtis inſultus & conflictationes varias. Contra quas paranda nobis ſunt ar-

ma, dum incolumem degimus vitam tunc muniendus ijs tęlis animus, quibus in extremo illo conflictu & congrediamur hosti, & non succumbamus. Nam vt pręclare in Parthenice Mariana canit Baptista Mantuanus:

In pace togaq;.
Bella diu miles discit, mox obuiat hosti
Impiger & firmum parat ad certamina pectus.

¶ Descripta quidem pro virili nostra sunt hic arma, & suo dispositа ordine, quibus in vltimo illo certamine sit vtendum, sed maxime oĩm profutura, si quis illis assuefecerit assiduo vsu atq; exercitio dũ virę adhuc fila protrahuntur, & stamina cõtinue deducuntur, cum recte dicat Augustinus (vt ante quoq; ex eo est adductum) quod sero parantur remedia, cum mortis imminet periculum.

Nempe id præstabit diuturna illa assuefactio, vt quando conserendę erũt manus

manus cũ inimica acie, cõferendaque signa in nouissimo illo duello, iam promptus & expeditus athleta, neque animo consternabitur, neque trepidatione concutietur, sed impiger & strenuus inibit hoc bellum multo difficillimum: & adiutore propugnatoreque Deo tandem victoria potitus, in cœlis triumphali corona insignietur

Quod nobis omnibus annuat ipse Deus omnipotens & benedictus in sæcula.

AMEN.

¶ Opusculi de Doctriua moriendi

FINIS.

¶ INDEX EORVM QVAE IN hoc opusculo de doctrina moriendi traduntur, secundum ordinem capitum & materiam, continuo ordine dispositus.

¶ Mortis descriptio atq; partitio, cũ partium eius adinuicem collatione & mutua habitudine.
Caput primum

¶ Mortem corporis non esse nobis formidandam, sed expetendam potius, ob multa eius commoda.
Caput Secundum

¶ Testimonio beati Cypriani, mortem malum non esse, neque à viro prudente formidari debere.
Caput Tertium

¶ Authoritate etiam beati Ambrosij mortem non esse malum ostendi, sed in bonorum numero habendã esse. Caput IIII

¶ Ciceronis item testimonio & approbas

probatione, non esse metuendam mortem, vt malum quiddam. non tamen licere cuiquam sibi manus inferre violentas, & mortem conscisccre. Caput V

¶ Iugem mortis meditationem, homini vtilem esse, commendandam que summopere mortificationem affectuum corporalium in hac vita. Caput VI.

¶ Quod multum etiam confert homini assidua consideratio fragilitatis & breuitatis huius vitæ, fluxę & momentaneę. VII

¶ Quàm incerta nobis sit mors, quãtum ad tempus, locum, genꝰ mortis, & animi qualitatẽ, in qua morientes erimus. VIII

¶ Pręcipuam bene moriendi doctrinam esse, bonę & honestę vitę studium, ꝙ eam plerunqꝫ bona mors consequatur. IX

¶ Testamenti ordinationem & peccatorum confessionem, opportunę &

nè & maturè, antequã inualescat letifer morbus, non faciendam X.

¶ Sacramentũ Eucharistiæ ab ægroto tempestiuè susciendum esse, & vnctionem extremam antequã vox ipsa & ratio mentis elanguida labascat. XI

¶ Quod moriens sine obmurmuratione in Deum, libenter & sponte accommodari se debet diuinæ voluntati, in perferenda subeundaque morte. Caput XII.

¶ Patientiam summopere morienti esse necessariam, ad leuiter perferendos corporis dolores, quibus torquetur. Caput XIII

¶ Non debet molestam esse ægroto derelictionem bonorum externorum, delictarum, & gloriæ huius mundi XIIII.

¶ A consanguineis & familiaribus separationem, non censeri debere ipsi morienti molestam, aut difficilẽ. Caput XV

¶Hæsitationem omnem de fide quã suggerit hostis morienti, esse reijcien dam, & in ipsa fide firmiter persistendum. XVI.

¶Ob grauitatem peccatorum ante actę vitę, non esse desperandum ipsi extrema patienti, de diuina misericordia. XVII

¶Neminem ob conscientiam vitę secundũ virtutem transactę sibi placere debere, neque magnum quid de se existimare. XVIII

¶Contra terrorem mortis, animorũ immortalitatem: & contra timorẽ, instãtis iudicij ab hoste immissum diuinam misericordiam esse obijciendam. XIX

¶Quód gehennę supplicia ab aduersario obiecta animo infirmi, non debent illi metum incutere, neque trepidationem inferre. XX

¶Contra tetras dæmonum laruas morientibus interdum apparentes sanctæ crucis signaculo & oratione de

ne vtendum esse. XXI.
¶ Moderandum esse dolorem rectæ rationis lege, qui propter obitum cognatorum ac amicorum à pleri sque maior ęquo suscipitur. XXII

¶ Indicis præsentis opusculi
EINIS.

ORATIO AD SVPER. beatissimam Trinitatem.

O TRINITAS adoranda, vnitas summa, & deitas simplicissima, ob tuam inseparabilem vnionem coniunge tibi per charitatem perpetuam gratiamq; finalem, spiritum huius nunc morien-
1. Corint. 6. tis, vt per glorię vnionem plenariam vnus tecũ sit spiritus, per feruentissimę dilectionis intimissimã transformationem. O Trinitas consubstantialis, coæqualis & coæterna, ob tuam

ſubſtantialem identiditatẽ eſſentialẽ & vnitatem, animam iſtam a Chriſto incorpora, & myſtico eius corpori inſere eam, vt tanq̃ oliua fructifera plantetur in paradiſo cœleſti, & choris inſeratur angelicis. O ſuperglorioſiſsima trinitas, propter cõmunicationẽ & emanationẽ tuam adintra, effunde ſuper iſtum agonizantem dona gratiæ tuę & abundantiã pietatis ac largitatis tuę in hac hora in ipſo demonſtra, ne abducatur aut ſeparetur à te. O pater æterne, o vnigenite Dei ſuperpulcherrime, o ſuauiſsime paraclete ſpirituſſancte Deus vnus & trinus ob tuã mutuam intuitionem plene cõprehenſiuam: & infinite iucundam, faç animam iſtam te nunc per fidem ſyncériter intueri, ob tuam mutuam dilectionẽ ſuperardentiſſimam ac intenſiue immenſam, accende eam tuo ſancto amore, ob tuam mutuam fruitionem beatiſsimam & æternã, perduc eam ad tui beatificam fruiti

fruitionem propter omnem charitatem, misericordiã, & gratiam tuam super genus humanum, educ eam de corpore omni virtute ornatam, per vniuersa mysteria, merita ac beneficia IESV Christi, per preces & merita virginis gloriosę, omniumq; sanctorum & electorum tuorum.

ORATIO.

DOmine IESV Christe, fili dei viui, pone passionem crucem & mortem tuam inter iudicium tuum & animam meam nunc & in hora mortis meę, & mihi largiri digneris gratiam & misericordiam, viuis & defunctis requiem & veniã, Ecclesiæ tuæ pacem & veram concordiam, & nobis peccatoribus vitam & gratiam sempiternam. Qui viuis & regnas cum deo,

COMMENDATIO
animæ emigrantis.

O Dilecta nobis in Christo anima, adorandæ trinitatis imagine ac similitudine insignita: sanguine filij Dei redempta, ad æternam beatitudinem condita, & nũc ecclesiasticis sacramẽtis munita, egredere confidenter de corpore mortis huius: & ad tuum perge creatorem ac iudicem, qui te misericorditer dignetur suscipere, ac mititer iudicare Occurrant atq; subueniant tibi omnes sancti & ciues cœlestis Hierusalẽ, nec tibi auxiliari desistant, quousque ad locum habitationis gloriç eorum ad paradisum cœlestem, ad regnum felicitatis æternç introducaris ad laudem & gloriam omnipotentis.

¶PRECA

TIONES IN PASSIO nem Iesu Christi, Cornelio Croco authore.

¶Christus factus est pro nobis obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Deo gratias.

PRECATIO.

BEnignissime Domine Iesu Christe qui tanto impendio peccatorum nostrorum mala omnia cumulatissime dissoluisti, precamur te per sanctissimam passionem, & mortem tuam contra omnes diaboli & peccatorũ insidias nos tuearis, qui mortuus es, & resurrexisti, & viuis cum Deo patre in vnitate spiritus

tus sancti, Deus in omne ęuũ, Amen.

Pater noster.

¶ Cœpit Iesus affici dolore & mœstitudine, & dicit discipulis suis, Mœsta est anima mea vsq; ad mortem.

PRECATIO.

DOmine Iesu Christe fili Dei viui, qui subacerbissimã passionem tuam mirum animi dolorem ac mœrorem, neutiq; mortis formidine, quam tantopere sitiebas, sed incredibili amore membrorum tuorum volens assumpsisti, nostram in te transferẽs imbecillitatem, vt tua nos infirmitas confirmaret. Da mihi omnem mœstitudinem atq; agritudinẽ meam in tua vincere, ac patienter perferre. Amen.

2 ¶ Et progressus paululum, procidit in faciem suam, orans ac dicens: Pater mi, si fieri potest, transeat à me calix iste, verumtamen non mea voluntas: sed tua fiat. Apparuit autem illi angelus de cœlo corroborãs cũ,

& correptus angore, plixius orabat.

PRECATIO.

Domine Iesu Christe, qui imminẽte atrocissimo supplicio, quod pro ineffabili tua erga nos charitate volens subijsti, correptus angore prolixius orare, & ab angelo cõfirmari voluisti. Da vt tentationem ingruentę procellaantecedam cũ fiducia ad thronum gratię, vt consequar misericordiam & gratiam inueniã ad opportunum auxilium, voluntatem quoq; meam tuæ, quę nihil vult nisi quod est optimum, semper submittam, vt omnis actus meus, & omnis sermo atque omnis cogitatio inueniatur in subiectione tua, Amen.

3 ¶Et erat sudor eius sicut guttę sanguinis decurrentis in terram.

PRECATIO.

Domine Iesu Christe, qui grauem peccatorum nostrorum sarcinam tuis humeris impositurus, veluti gutas

tas sanguineas defluentes in terram sudasti. Fac me in miseriis peregrinationis huius animo lubenti tecũ sudare, ne ociosa marcescam quiete, vt inueniar inconspectu tuo acceptabilis ne pudeam quando reddes vnicuique secundum opera sua.

4 Et cum surrexisset a deprecatione, venisset que ad discipulos suos, repperit eos dormientes præ mœstitudine. Et ait illis: Quid dormitis? Vigilate & orate, ne intretis in tentationem.

PRECATIO.

Domine Iesu Christe lux vera occasum nesciens, qui nos vigilare & orare iussisti, ne veniamus in tentationem. Spiritus quouiã promptus est, sed caro infirma. Digneris excutere læthargũ mentis meæ, vt sedulo vigilẽ aduersus nequissimos, qui in nostrum exitiũ peruigiles excubant dæmones, vtque te crebris precibus

ex animo interpellem, ne vnquam diabolo aut malitiæ eius obedire inueniar. AMEN.

5 ¶ Iudas Iscariotes vnus è duodecim abijt ad ſummos ſacerdotes, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam illum? At illi gauiſi, conſtituerunt ei triginta argenteos. Hic ergo cum excepiſſet cohortẽ, & à Pontificibus & Phariſęis miniſtros, venit cũ lateribus, ac facibus & armis. Dederat autem in commune ſignum illis dicens. Quemcunq; oſculatus fuero, is eſt, comprehendite illum, & abducite caute, & cum veniſſet, confeſtim accedens ad IESVM dixit: Aue Rabbi, & oſculatus eſt eum.

PRECATIO.

DOmine IESV Chriſte, qui te ab vno è numero duodecim, qui proximè familiaritati tuę iungebatur, vili precio ęſtimari ac vẽdi, & inimicorum in manus tradi permiſiſti, nec impium diſcipulum ab oſcu-

oſculo repuliſti. Da mihi te nulla re commutare, neq; vnquam ſubducere me in perditionem, ſed perſeuerare tecum vſque ad finem in acquiſitionem animæ meæ. Inimicis quoque meis charitatis officia pro malefic̃js reponere. Amen.

6 ¶ Tunc acceſſerunt & manus iecerũt in IESVM & ligauerunt eũ.

PRECATIO.

DOmine IESV Chriſte, qui te ſponte ſceleratis militibus cõprẽhendendũ, vinciendumq; prębuiſti, vt tuis nos vinculis æternę captiuitatis cathenis exueres. Præſta quęſo vt omnes affectus meos in tui obſequium ſemper cohibeam: tuę quę charitatis ſuauiſsimo vĩculo me conſtringe, vt nunquam ſanctiſsimæ tuę repugnent voluntati, AMEN.

7 ¶ Simon ergo Petrus educto gladio, percuſſit Pontificis ſeruum, & abſcidit auriculam eius dextram. Tũc obiurgato diſcipulo, ait IESVS

Sine huc vsq;, Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum.

PRECATIO.

O Domine Iesu Christe, qui inſ cienti tibi manus seruo amputatę auriculę dispēdisti pro tua propensissima beneficentia, quæ nullum nouit modū ilico sarcisti, vt nos puderet quenq; vlcisci velle, ne dicam immerentem lędere. Exempta quæso mihi omni vlciscendi libidine Christianam mansuetudinem insere & pro auribus quę hactenus perniciosis colloquiis delectatę sunt, eas repone, quę auscultent iis, quæ faciunt ad salutem æternam. AMEN.

¶ Tunc discipuli omnes relicto eo fugierunt.

PRECATIO.

O Domine Iesu Christe, qui à selectis discipulis tuis extremo vitę discrimine destitui voluisti. Obsecro te & obtestor p inęstimabilem tuam bonitatem, ignosce mihi fugi

fugitiuo ſeruo tuo, atque in tuũ gregem recipe, neque vnq̃ abs te ſegreges ne ſinas aberrare à via ſalutis: vt à morte ad te perueniam, nunquam poſtea diuellendus eſt, AMEN.

6 ¶ Comprehenſum autem IESVM adduxerunt ad Annam primum.

PRECATIO.

O Domine Ieſu Chriſte, qui te vinctum armata manu, perinde ac maleficum turpiter ducí & Annæ ſiſti paſſus es. Ne ſinas mè vnquam incidere in manus rugiẽtis leonis, qui aſſidue circuit, quęrẽs quẽ deuoret. Nec affligi vt facinoroſum, ſed iuxta voluntarem tuam, vt in reuelatione quoque glorię tuę gaudeã exultans, Amen.

20 ¶ Stabat autem Petrus & caleſaciebat ſe, quia frigus erat, quem cum vidiſſet ancilla quædam, deflexis in illum oculis, dixit: Et tu cum Nazareno IESV fuiſti. At ille negauit coram omnibus, dicens:

Neſcio

Nescio quid dicas: Et cœpit execrari & deierare, quod non nouisset hominem. Et conuersus dominus intuit⁹ est eum, & recordatus est Petrus sermonis Domini, egressusq; foras, flevit amare.

PRECATIO.

DOmine Iesu Christe qui a Petro Apostolorum tuorũ coryphęo ter abnegari voluisti, quique eum clementer intuitus, peccatũ suum deflere fecisti. Respice me miserum peccatorem oculis misericordię tuę, vt & peccata mea iustis pœnitentiæ lachrymis diluam, & nunq; neq; facto neq; verbo te negare in animũ inducam. AMEN.

¶ Vnus aũt assistens ministrorũ, dedit alapam Iesu dicens. Siccine resp ō des Pontifici? Respondit ei IESVS. Si male locutus sum, testificare de malo: sin bene, cur me cędis?

PRECATIO

DOmine IESV Christe qui alapam

pam tibi contra morem iudiciorum ab iniquo ministro impingi æquanimiter tulleraſti. da mihi animum excandeſcentem comprimere, omnēq; exhibere modeſtiam erga omnes homines. Sitq; ſermo meus ſemper cum gratia ſale conditus, vt ſciam quomodo oporteat vnicuiq; reſpondere.

22 ¶Et miſit eum Annas vinctum ad Caipham Pontificem.

PRECATIO.

O Domine Ieſu Chriſte qui te vinctum ad Caiphã duci permiſiſti, tuisq; nobis vincula æternæ mortis abſtuliſti, ne permiſeris me tali aduerſario, & rumpe vincula conſcientiæ meæ malæ: quo diſſolutis peccatorum meorum funibus, ſecurꝰ & tutus tibi decantem. Dirupiſti vincula mea tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. AMEN.

23 ¶ Summi autem ſacerdotes & ſeniores & totum conſilium quærebant falſum teſtimonium contra IE

SVM, vt morti tradetent eum nec inueniebant. Etiam cum multi falsi testes accessissent, non erant satis idonea testimonia.

PRECATIO.

Domine IESV Christe, qui à Iudæis calumniari, falsaq; contradici testimonia passus es. Fac me neminì calumniam struere nec cuiq; maledicere, & alienas calumnias ac maledicta vel euadere, vel tui respectum toleranter atq; humane ferre.

14 ¶ Tunc princeps sacerdotum dissidit vestimenta sua dicens: Proloquutus est blasphemiam. quid præterea egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam eius, Quid vobis videtur?

PRECATIO.

Domine IESV Christe qui blasphemiæ dicam tibi impingi tu listi. Serua me ne sacrosanctum nomen tuum per me, tum verbo, tum facto atq; etiam exemplo blasphemi-

tur, ne qua vnquam blasphemia vel execratio a me proficiscatur. AMEN

25 ¶Illi vero omnes condemnauerunt reum esse mortis.

PRECATIO.

DOmine Iesu Christe, qui a bimpijs Iudęis reus mortis iudicatus es, vt tuo reatu nos à vero crimine absolueres. Impartire mihi gratiam tuam, quę & malorum de me iudicium pro nihilo pendere faciat, & me aduersus proximos nunq̃ iudicem agere, ne in aduentu illo tuo reus esse ęternæ mortis condemner.

26 ¶Et viri qui tenebant IESVM illudebant ei, cædentes, & multa conuiciantes dicebant in eum.

PRECATIO.

DOmine IESV Christe, qui totam noctem indignissima ludibria conuitia

conuitia opprobria quib⁹ pro nobis male audisti,& non dicenda incõmoda ipsa morte crudeliora pertulisti. Largire quęso mihi peccatori, ne graue feram contemni,conuitijs dicterijsve incessi,malisq; affligi seruus inutilis,quum Dominus omnium hęc in te nobis exempla pararis. Amen.

17 ¶ Tunc expuerunt in faciẽ eius.

PRECATIO.

DOmine Iesu Christe splendor glorię,& expressa imago substantię patris,qui sacratissimã faciẽ tuã in quam desiderant angeli prospicere,nõauertisti à fœditate sputorum. Ne sinas imaginem tuam expressam in animis nostris,meis sceleribus indigne cõspurcari: quo post huius vitę tenebras vultum tuum clarissimũ perpetuo cõtingat itueri, Amẽ.

18 ¶Et velata facie infringebant illi colaphos.

PRECA

PRECATIO.

O Domine Iesu Christe qui vultum tuum amabilissimũ quẽ aspicere summa fœlicitas est, velo obtegi permisisti. Ne permiseris lumen vultus tui signatũ super nos vnq̃ obscurari, velamẽq; ignorantiæ á corde meo aufer, vt stultitiç mundanæ nocte discussa, implear agnitio ne voluntatis tuç in omni sapientia & prudentia spirituali, vt quod placitum est coràm te, semper faciam. Amen

19 ¶ Alij autem palmas incutiebant in faciem eius dicentes. Vaticinare nobis Christe, quis est q te percussit?

PRECATIO.

DOmine Iesu Christe qui affligis es pro nobis, relinquens nobis exemplũ vt insequamur vestigia tua. Fac me tuo exemplo nũ quã malo resistere, sed quisquis impegerit alapã in dexteram meã maxillã obuertere illi & alteram, neq; illis improborum contumelijs promoueri, sed da

sed da cum tentatione prouentũ : vt
possim sustinere. Amen.

20 ¶Mane autem facto, concilium
inierunt omnes principes sacerdotũ
& seniores populi aduersus IESVM
vt eum morti traderent. Et vinctum
eum adduxerunt & tradiderunt Põ-
tio Pilato pręsidi.

PRECATIO.

Domine IESV Christe, qui
te ad Pilati prophani iudicis tribu-
nal, iudex ipse viuorum simul &
mortuorum, sisti passus es, Fac me
tui respectu nulli potestati resistere,
magistratibus parere, maioribus sub
ditum esse, omnes honorare, & apud
horrendum illud tribunal tuum in
die iudicij cum sanctis & benedictis,
qui à dextris tibi erunt fiduciam ha
bere. AMEN.

21 ¶Et cum accusaretur à prin-
cipibus Sacerdotum & senioribus,
nihil respondit. Tunc dicit illi Pila-
tus: Non audis q̃ multa aduersum
te dis-

tedicunt testimonia? Et non respon
dit ei ad vllum verbum, ita vt mirare
tur præses vehementer,

PRECATIO.

Domine Iesu Christe, qui co
ram Pilato falsis delationibus varia
tibi crimina intendentibus Iudæis
sicut agnus coram tondente se, si
ne voce, sic non aperuisti os tuum,
non fuisti contumax, neque contra
dixisti. presta mihi, ne quid mouear
aliorum inimicis cõtentionibus, ob
trectationibus, aut dilationibus: sed
tacendo omnes semper iniurias supe
rem, ne quicq̃ vel dicam, vel faciam
iratus. Amen.

¶ Et interrogauit eum Pilatus,
dicens: Tues ille Rex Iudæorum
Respondit: Iesus Regnũ meum non
est de hoc mundo. Ego in hoc natus
sum, & ad hoc veni, vt testimonium
feram veritati. omnis qui est ex veri
tate, audit vocem meam.

PRECATIO.

DOmine Iesu Christe qui cum sis solus princeps, Rex regnãtium, & Dominus dominantium, testatam feciſti sub Põtio Pilato bonam professionem, alienum te esse à regnis huius mũdi. Supplex te oro vt quando ex meipse nihil possum, tu efficias ne sim de mundo, inhians rebus terrenis & caducis: sicut & tu de mundo non fuisti, vt non spectem ea quæ videntur: nempe temporalia sed ea quæ non videntur, æterna. Sẽper quoq; vocem tuam audire me facito, quo tuo præsidio perseuerem in veritate. Amen.

23 ¶ Ait autem Pilatus ad principes Sacerdotum & turbas: Nihil inuenio noxiæ in hoc homine.

PRECATIO.

DOmine Iesu Christe agnus sine macula qui solus expers es oĩs noxiæ. Da mihi quod liceat tuã imitari innocentiam, vt quèad

modum

modum tu sanctus es, ita ipse quoq; sanctus sum mente pariter & corpore vt perfecte possim sperare in eam, quam nobis impartisti salutẽ. Amen.

24 ¶Pilatus autem vt cognouit q̃ ad Herodis ditionem pertineret, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat per id tempus.

PRECATIO.

DOmine IESV Christe fons omnis gloriæ, qui summa cũ ignominia, nõ aliter ac sceleste parricida quispiam à teterrimis carnificibus de tribunali ad tribunal, de iudice ad iudicem pro palam tractus es Fac me nullis iniquorum frangi iniurijs, sed in patientia mea possidere animam meam. AMEN.

25 ¶Herodes autem tenebatur multo iam tempore cupiditate videndi IESVM, eo quod audiret multa de eo & sperabat se signum aliquod visurũ ab eo fieri.

PRECATIO.

O Domine Iesu Christe, cuius gloria pleni sunt cœli & terra eam vbi vis & quãdo vis ad salutẽ hominũ proferens, non vt curiosos delectes oculos. Impatti mihi spiritum tuum, vt nihil vnq̃ ad captandam aurem popularem, sed omnia in gloriam dei faciam, non quærens meam ipsius vtilitatem, sed multorum vt salui fiant. AMEN.

19 ¶Interrogabat eũ multis sermonibus, at ipse nihil illi respondebat.

PRECATIO.

DOmine Iesu Christe, qui ab Herode multis verbis irrisorie interrogat⁹ prorsum nihil respondisti: Largire mihi vt seruẽ omni custodia os meum, ne peccem tibi lingua mea. Omnis sermo otiosus ex ore meo non procedat, sed si quis est bonus ad ædificationẽ, quoties opus est, vt det gratiam auditoribus.

27 ¶Spreuit autem illum Herodes

cum

cum exercitibus ſuis, cumq; illuſiſſet indutum veſte ſplendida, remiſit ad Pilatum.

PRECATIO.

DOmine Ieſu Chriſte æterna ſapientia ſummi patris, q ab Herode eiusq; cohorte ſperni atq; illudi voluiſti. Effice vt prius habeã tecum deſpectus eſſe, quàm cum mundo immũdo inglorię glorioſus, maiores arbitrans diuitias, probrũ tuũ. q vanam mundi gloriam. Vtq; contempta mũdana ſapiẽtia, quæ apud te ſtultitia eſt, ad te fontem omnis ſapientiæ perueniam. Amen.

28 ¶In feſto autem conſueuerat prę ſes turbę dimittere vnum vinctum, quem voluiſſent. Habebat autẽ tunc vinctum inſignem, qui dicebatur Barrabas. Congregatis ergo illis dixit Pilatus. Vtrum vultis dimittam vobis Barrabam: an Ieſum qui dicitur Chriſtus? Exclamauit autem ſimul vniuerſa turba dicens: Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabam.

PRECATIO.

DOmine IESV Christe qui lapis es viuus ab hominib⁹ qui dē reprobatus, apud deum vero electus ac precioſus, Da vt in te ſu perſtruar, cōfirmerq; per fidem, ſicut edoctus ſum, exuberans in ea cū gratiarum actione, neq; vlla vnq; re creata re commutem, AMEN.

19 ¶ Tunc ergo apprehendit Pilat⁹ IESVM & flagellauit.

PRECATIO.

DOmine IESV Christe qui ſacros artus tuos dirisſimis flagris, quæ debebantur malefactis, inclementer ſulcari paſſus es, vt liuoribus tuis noſtris plagis remediū adinoueres, tuis vibicibus noſtras noxias expiares. Libera me ab externæ iræ flagellis, quę merui & corruptiōis tuę flagella lubenter facias excipere.

30 ¶ Milites autem abduxerunt eū intro in atrium, quod eſt prætorium & conuocant totam cohortem, & induunt

duunt illum clamydem coccineam, & coronam de ſpinis contexram imposuerunt ſuper caput eius, & arundinem in dextera eius, & genu flexo ante eum, illudebant ei dicentes: Aue Rex Iudęorum.

PRECATIO.

DOmine Ieſu Chriſte, vere rex glorię, qui tibi pallã purpuream cum arũdine ridiculi gratia dari, ludibrioſamq; coronã ex acutiſsimis ſpinis ſacratiſsimo capiti tuo premi, & in deſpectum regem re ſalutari pmiſiſti. Edoma inuicibilẽ cordis mei ſuperbiam, & confirma imbecillitatem, vt ne pudeat tecum ludibrio accontemptui eſſe. Et pungentibus veræ compunctionis & doloris aculeis, ſalubriter pœnitere facito. vt quicquid ſpinarum in hoc relegato exilio terra mea protulerit, æquanimiter tecum perferã, qui noſtras ſpinas quo nos patriæ reſtitueres, volẽs ac lubens in te recepiſti. Amen.

℣ ¶Et dabant ei alapas, & verberabant illius caput arundine, & inſpuebant in illum.

PRECATIO.

DOmine Ieſu Chriſte, qui vt te nobis abſolutum omnis tolerantię exemplar ęderes ab omni genere hominum per omne ludibrij & cõtumelię genus exerceri ſumma manſuetudine perpeſſus es, rerũ oĩm Dominus. Fac me leuiſſimũ ſeruulum tuũ, qui nihil ſum, nullis malorum incurſibus frangi: moderate ferre vndecunq; accidentia aduerſa vt ſaluus efficiar. Amen.

℣ ¶Exiuit ergo Ieſus foras, geſtans ſpineã coronã, & purpureũ pallium, Et dicit eis Pilatus: Ecce homo.

PRECATIO.

DOmine Ieſu Chriſte qui fœde laniatus virgis lictorijs vinctꝰ pulſatus, cõſputꝰ, ſpineam geſtans coronam, & veſtem purpureã, inſa

insanæ plebi conspiciendus foras p ductus es, insigni exemplo nostram traducens infelicissimam iactantiam Fac me calcata ambitione omnem mundanę vanitatis ostentationem ef fugere, & cum veris virtutum insigni bus sub oculis tuæ maiestatis appare re. Amen.

33 ¶Illi autem clamabant dicentes: Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pi latus: Ego nullam inuenio in eo cau ssam. At illi vehementius clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Et inuale scebant voces eorum ac summorum sacerdotum.

PRECATIO.

O Domine Iesu Christe q tot vir tutibus ac beneficijs spectat⁹ & á præside innoxius iudica tus, insanas iudęorũ succlamationes vt crucifigereris, audire dignatus es. Da vt malorũ in me odio, & cõuitijs

& ingratitudine nihil commouear, neq; à bene cœptis illorũ metu desistã aut ab honesto deflectam, AMEN.

34 ¶Et Pilatus adiudicauit vt fieret quod illi postulabant, & tradidit eum illis vt crucifigeretur.

PRECATIO.

DOmine IESV Christe, qui pro me misero peccatore, & pro vniuersi mũdi redẽptione mortiadiudicari voluisti: morti aũt crucis vt atrocissimę, ita cum primis infami nostris malis debitam ignominiam in te transferens, vt nos in tuã gloriã vindicares. Præsta mihi vt per gloriam & ignominiam, per infamiam & bonam famam, per cõuitia & laudes, si opus sit, tibi placeã, ac potius eligam tecum bis miſalis affici, q̃ tẽporarijs peccati cõmodis frui. Amẽ

35 ¶ Acceperunt autem IESVM, & abduxerunt, atq; is baiulans crucem suam, exiuit in eum qui dicitur Calvariæ locum.

PRECATIO.

DOmine Iesu Christe, q infamẽ arborẽ crucis defectis iã nimia vexatione viribus, adsupplicij locũ vsq; funestũ ossibus & caluarijs interfectorũ, oppido volens portasti Iube me tollere crucem meam, & sequi te, vt dignus inueniar, ne recalcitrans semper caro suas sectans delitias, tuum vere suaue iugum ceruice conetur excutere, Amen.

36 ¶ Sequebatur autem illum multa turbá populi ac mulierum, quæ plangebant ac lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas IESVS, dixit: Filiæ Hierusalem nolite flere super me: sed super vobisipsis flete & super filijs vestris.

PRECATIO.

DOmine IESV Christe, qui sequentes te mulieres super seipsis flere iussisti. Deduc me in via tua: vt cum eisdem tuæ sequar vestigia passionis, toto pectore atq; prorsus ex animo

detestans mala, quæ de tuo depeñdisti innocentissimus, super meipso defleã miseriã propriç conditionis. Amen.

37 ¶Et posiq̃ venerunt in locũ qui vocatur Caluariæ, exuerunt eum vestibus suis.

PRECATIO.

O Domine Iesu Christe, qui ante crucẽ, vestib⁹ tuis expoliari nudus⁊ in ligno extendi dignatus es, vt tua paupertate, in qua & nasci, & viuere, & mori voluisti, exitiale nostrum luxũ lueres, & nostrã ditares egestatem. Exue ī me veterẽ hominẽ, & indue nouum, qui secundum te cõditus sit per iustitiam & sanctitatẽ veritatis, vt deposito onere omni, ac tenaciter inhærente peccato, expeditus curram in proposito certamine, te nudum Iesum nudus sequens, fidei nostræ ducem & consummatorem.

38 ¶Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.

PRE

PRECATIO.

DOmine Iesu Christe pacificator omnium quę in cœlis, quę in terris sunt, qui pro nostra omnium p̄ salute in ędito loco medius inter cœlum & terram, vt oēs pertraheres ad teipsum, in ignominioso stipite pendere voluisti. Carnem hāc adhuc humiserpentem in crucis tuę palmam sustollito, ac terrenarum cupiditatum fece depuratum, quatenus licet, in tuam naturam sursum rape, vt humana omnia é sublimi ligno despiciens nihil admirer, nihil amem nihil sentiam, nihil sapiam, nisi te crucifixum, ad te vnum anhelet amor meus, te desiderem, te sperem, te expectem, de te cogitem, de te loquar, te somniem: te me oblectem, & pœnitus recuset consolari anima mea nisi in te Deo meo. Amen.

Fode

detestans mala, quæ de tuo dependisti innocentissimus, super meipso deflea miseriã propriç conditionis. Amen.

37 ¶Et posiq̃ venerunt in locũ qui vocatur Caluariæ, exuerunt eum vestibus suis.

PRECATIO.

O Domine Iesu Christe, qui ante crucẽ, vestib⁹ tuis expoliari nudus ꝯ in ligno extendi dignatus es, vt tua paupertate, in qua & nasci, & viuere, & mori voluisti, exitiale nostrum luxũ lueres, & nostrã ditares egestatem. Exue ĩ me veterẽ hominẽ, & indue nouum, qui secundum te cõditus sit per iustitiam & sanctitatẽ veritatis, vt deposito onere omni, ac tenaciter inhærente peccato, expeditus curram in proposito certamine, te nudum Iesum nudus sequens, fidei nostræ ducem & consummatorem.

38 ¶Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.

PRE

PRECATIO.

DOmine Iesu Christe pacificator omnium quę in cœlis, quę in terris sunt, qui pro nostra omnium ꝑ salute in ędito loco medius inter cœlum & terram, vt oēs pertraheres ad teipsum, in ignominioso stipite pendere voluisti. Carnem hāc adhuc humi serpentem in crucis tuę palmam sustollito, ac terrenarum cupiditatum fece depuratum, quatenus licet, in tuam naturam sursum rape, vt humana omnia é sublimi ligno despiciens nihil admirer, nihil amem nihil sentiam, nihil sapiam, nisi te crucifixum, ad te vnum anhelet amor meus, te desiderem, te sperem, te expectem, de te cogitem, de te loquar, te somniem: te me oblectem, & pœnitus recuset consolari anima mea nisi in te Deo meo. Amen.

39 ¶Foderunt manus eius & pedes eius, dinumerauerunt omnia ossa ei⁹ vt habet vaticinium.

PRECATIO.

DOmine IESV Christe, qui manus ac pedes tuos diro ferro configi, sanctissimosq; artus tuos validè distẽdi spontaneus toleraſti, peccata nostra perferens in corpore tuo, Præsta vt vetus ille noster homo vnà tecũ crucifigatur, vt aboleatur corpus peccati, quo posthac non seruiam peccato, ne vnquam ab integro mihi ipsi crucifigam, & ludibrio exponam tesi lium dei, sed mortificationem tuam in corpore circũferam, vt & vita tua in corpore meo manifestetur.

40 ¶Et cum eo crucifixerunt duos latrones, vnum à dextris, & alterũ à sinistris eius.

PRECATIO.

DOmine IESV Christe, qui inter duos latrones medius sublatus es & cum iniquis deputatus, vt summa

tua

tua humilitate noſtram frangeres ſuperbiam. Largire mihi, vt tuam libenter imiter humilitatem.

41 Erat inſcriptio cauſſę illius ſcripta Hebraice, Gręce & Latine, IESVS Nazarenus Rex Iudæorum,

PRECATIO.

Domine Ieſu Chriſte vere Rex regum, & dominus omnium, qui crucituæ titulum velut ſaluris ex inimicis noſtris tropheum triplici lingua deſcriptum affigi voluiſti, Fac me ſub eodem titulo ſtrennue militare, & deproſtratis hoſtibus per te triumphare, vt exultem in ſalute tua in omne ęuum.

42 ¶IESVS autem dicebat. Pater remitte illis, neſciũt enim quid faciũt

PRECATIO.

Domine Ieſu Chriſte redemptor ignocentiſsime, qui tam bonus fuiſti etiam peſsimis, vt pro crucifixoribus tuis Deum patrem obſecraris: Propitiꝰ eſto peccatis meis, & fac me ad

me ad tuum paritet exemplum, & præscriptum etiam inimicos diligere, bene precari deuouentibus me, benefacere his qui me odio prosequuntur, & orare pro his qui lędunt & infectantur me, breuiter omne malum bono vincere, & tecum æquo animo perferre, vt indignus discipulus magistro, seruulus leuissimus domino, capiti membrum infimum hic conforme esse gaudeam, vt & vna tecum in gloria partem habere merear. AMEN.

43 ¶Et stabat populus spectãs, & deridebant eum principes cum eis mouentes capita sua & dicentes, Væ qui demoliris templum, & in tribus diebus extruis, serua teipsum & descende de cruce.

PRECATIO.

DOmine IESV Christe, qui ab insultantibus tibi ludęris ad descendendũ de cruce prouocat⁹ exẽplum constantissimę tolerantiæ nobis

nobis prębuisti vsq; ad mortem. Da mihi vt in te semel sublat⁹ per spē & patientiā ad finē vsq; feliciter perseuerem, ne me vlla vnq̄ Satanica aut humana suggestio, vel carnis illecebræ transuersum abripiant, vel irruentiū malorum procella deturbet. Imò neque mors, neq; vita, neque instantia neq; futura, neque vlla creatura abs te queat distrahere, sed pro te vno cō tēnam oīa, vt mihi vicissim sis vnus pro oībus, ad quē nihil sunt oīa, & in quo sunt vniuersa quæ sunt.

44 ¶ Vnus autem de his qui erant suspensi, facinorosum conuitia dicebat in eum dicens. Si tu es Christus, serua teipsum & nos.

PRECATIO.

DOmine IESV Christe quī omnib⁹ omnium sannis, scommatis, lœdoriis, ad postremū etiā asperius è maleficis, qui ad latus tuum pendebat, patientiam tuam exercerī voluisti. Adiuua me luctantem in hu

in huius vitæ malis, ne mihi vlla vnquã quamuis magna iniuria victa furor fiat lęsa sæpius patientia, sed plus apud me tui semper exempli quàm priuatę iniurię ratio valeat.

45 ¶Respondens autem alter, increpabat eum dicens. Ne times quidem tu Deum, quod in eadem damnatiõe es. Et nos quidem iustè, nam digna factis recepimus, hic vero nihil mali gesit.

PRECATIO.

O Domine IESV Christe, qui ab altero è latronib⁹ suã accusantẽ iniustitiã tuam voluisti iustitiã prędicare. Auge in me verę submissionis virtutem, vt ipsum me prudenter dijudicem, ne propriam quærens constituere iustitiam, iustitię dei non subijciar. AMEN.

46 ¶Et dicebat ad IESVM: Domine, mementomei quum veneris in regnũ tuũ. Et dixit illi IESVS: Amẽ dico tibi: hodie mecũ eris ĩ paradiso.

PRECATIO.

DOmine Iesu Christe qui per omnem vitam nusquã non seruatorem, nusquã non consolatorem, nusquã non beneficium egisti, nemine à te repulso. Huius tam inæstimabilis tuę bonitatis fiducia rogo, oro, obsecro, obtestor: ne prætereas hanc animulam, quam ipse finxisti. Dignerisq; oculos misericordiæ tuæ in me miserum peccatorem deflectere, quibus latronem in cruce respexisti, & me non secus atq; illum lenitatis tuę sinu colligas, ex hac suspiriorum ac lachrymarum valle ad illam desideratissimam sanctorum ciuium patriam lætus te duce peruenią. Amen.

47 ¶Stabat autem iuxta crucem Iesu, mater eius, & soror matris eius Maria vxor Cleophæ, & Maria Magdalenę. Cum vidisset ergo Iesus matrem ac discipulum stantem quem diligebat, dicit matri suę: Mulier, ecce

filius tuus. Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua.

PRECATIO.

DOmine Iesu Christe, qui matrem de cruce appellans discipulo discipulum matri cõmẽdasti, ne quid affectꝰ humani relinquere sis in terris, quemadmodum distributis vestibus rerum nihil reliquisti. Præsta quęso fragilitati meæ præsidium: vt neglectis his quæ sunt carnis & sanguinis, æternę salutis negotium agere, & in his quę cœlestis patris sunt esse gaudeam, cui & corpus & animam debeo, & à cuius benignitate hęreditatem vitæ immortalis expecto. Amen.

48 ¶Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna, dicens: Eli Eli lamasabachthani, hoc est, Deus meus Deus meus, cur me deseruisti?

PRECATIO.

Domi-

Domine Ieſu Chriſte qui omni mortalium ſolario deſtitutus, ſupplicationes apud Deũ patrem cum clamore valido & lachrymis obtuliſti, & exauditus es pro tui reuerentia. Da vt ad te pientiſſimum patrem in omnibus ſemper aduerſis plena fiducia confugiam, optimumq; auxiliũ inueniam, neqñ dęmõ rapiat vt leo animam meam lacerans: & non ſit liberans. Amen.

49 ¶Poſtea ſciens Ieſus quod omnia iam conſummata eſſent: vt conſummaretur ſcriptura dicit: Sitio.

PRECATIO.

AMantiſſime Domine Ieſu Chriſte qui noſtram ſalutẽ ardore adeo ineffabili ſumma in cruce ſitiſti, Quęſo te pro inexplebili male dulcium rerũ auiditate, tui viciſſim mihi ſitim inſere, ne me tecum. & te mecũ expetita fallam ſalute, Amen.

50 ¶Vas igitur erat poſitum aceto plenum, illi vero impleuerunt ſpon-

giã aceto & hyſopo impoſitã adiun xerunt ori eius.

PRECATIO.

Domine Ieſu Chriſte qui cum to ta vita tum ab omnibus facultatibus abfuiſti, tum in cruce fellito aceto im butã ſpongiã ſitienti porrigi, quo noſtram ꝛependeres ingluuiem, non recuſaſti. Expurga palatum meum, heu dulcibus venenis male infectum vt ea mihi amareſcere incipiãt, quæ aĩalẽ hoĩem ſtulte delectarũt, neq; tibi vnquã aceti felliſve potio à me proficiſcatur. Amen.

51 ¶ Cum ergo accepiſſet Ieſus acetum, dixit: Conſummatum eſt.

PRECATIO.

Domine Ieſu Chriſte qui pro redemptione generis humani iuxta patris voluntatem rite peregiſti puriſſimum illud ſacrificium tuum, quo ſacerdos & idem hoſtia nos patri deo, tibiq; ipſi reconciliaſti. Dignare pro immenſa tua benignitate, qua tãmli

bera

beraliter, tam candide totum te nostris vsibus impendisti, agere in me vt & velim, & vt efficiam pro bono animi proposito, vt omnia per te bene cœpta in tui nominis gloriam laudabiliter consummem: cui vni debetur omnis gloria, siue in cœlis, siue in terris. Amen.

52 Et cum iterum clamasset voce magna, Iesus ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.

PRECATIO.

Domine Iesu Christe qui mortẽ sponte ascisens ingenti clamore prætiosam animã paternis manibus commendasti. Dignare precor nũc & semper meam tibi cõmendatam habere, ne quid de eo hostis ille antiquus sibi vindicet, quem non caducis rebus velut argẽto & auro, sed tuo tibi sacro sancto sanguine quẽ toties prodigus pro nobis effudisti, pro prisi asserere dignatus es. Amen.

53 ¶Et cum hæc dixisset inclinato capite tradidit spiritum.

PRECATIO.

Domine IESV Christe conditor redemptor & seruator, qui ineffabili charitate genus humanũ tua morte redimere nõ grauatus es, quam indebitã pro nostro omnium capite dependisti, vt tua nobis mors vitę fieret initiũ, Oramus vt sacratissima morte tua viuifices spiritus nostros, quo posthac peccatis mortui, iustitię viuamus paulatim adolescentes virtutum auctibus, donec perueniamus in virum perfectum, in mensuram ętatis tuæ plenę adultę, Amen.

54 ¶Et tenebrę factę sunt super totã terram à sexta hora vsq; ad nonam, & obscuratus est sol, & velum templi scissum est medium, terra mota est, petrę dissectę sunt, & multa corpora sanctorũ qui dormierant, resurrexerunt

PRECATIO.

Domine IESV Christe, in cu-

ius

ius morte sol subduxit mundo lumẽ suum, velum templi vltro scissum est terra concussa, saxa dissilierunt, mortui suscitati sunt: Obsecro te, ne me vnquam tuæ viuificæ gratiæ sol miserum destituat, sed tuorũ influxu radiorum, quas mihi meâ terra nebulas suffundit, discute, hypocriseos velum detrahe, terram hanc salutari pœnitentia concute, cor lapideum scinde, quo & nostrum hoc funus salutifera tua morte in vitæ resurgat nouitatem. Amen.

55 ¶ Centurio vero qui astabat ex aduerso illi viso terrę motu & his quæ facta fuerant, glorificauit Deum, dicens: Vere hic homo iustus erat & filius Dei.

PRECATIO.

O Domine Iesu Christe, agnus immaculatissim⁹, qui vt nobis absolutissimũ innocentię exẽplum proferres, ab omnibus innocẽtiã tuam testatã fieri voluisti, à falsis

testibus, à proditore, ab ipso præside huiusq; vxore, ab altero latronum de nicq; à Centurione. Largire mihi nõ modo crimine, sed & criminis suspitione liberum esse, ne vllum præbeã offendiculum Ecclesiæ tuæ: sed sim bonus odor tui in suauitatem, téque pro mirabilibus tuis quæ operatus es pro nobis glorificare semper etprę dicare. Amen.

56 ¶Et omnes turbę eorum quæ simul accesserant ad spectaculum istud & viderant quę contingebant percutientes pectora sua reuertebantur.

PRECATIO.

O Domine Iesu Christe, qui licet vitã tuã mitem vndequaq; & humilem, mortem tamen efficacem adeo esse voluisti, vt quotquot ad spectaculum cõuenerant, visis his quę contigerant, stupore correpti & pectora sua percutientes reuerterentur. Fac me non spectatorem modo, sed imitatorem esse tuę humilitatis,

& admiratorem ſublimitatis, nec niſi compuncto corde, quod tu Deus non deſpicies, à tuę contemplatione paſſionis recedere. Amen.

57 ¶ Vnus militum lancea latus eius fodit, & cõtinuo exiuit ſanguis & aqua.

PRECATIO

O Domine Ieſu Chriſte, è cuius etiam exanimis latere fons ille ter adorãdus ſcaturijt, pariter & aquam abluendis, & ſanguinem viuificãdis nobis propinans, vt altero reuiuiſceremus mortui, altero purgaremur immũdi. Miſerere mei oppreſſi facinore & ſordidati, vt illis tuis dignus efficiar ſacramentis, quę de ſacro latere tuo profluxerunt.

59 ¶ Poſt hæc autem rogauit Pilatum Ioſeph oriundus ab Arimathia ciuitate Iudęorum honeſtus ſenator vir bonus ac iuſtus, qui expectabat & ipſe regnum Dei, vt tolleret corpus Ieſu, idquè permiſit Pilatus. Ve-

nit autem & Nicodemus Princeps Iudęorum, & acceptum corpus Iesu, obuinxit illud lintheis cum aromatibus, sicut mos est Iudęis sepelire. Deposuerunt q; in monumento nouo, quod in propinquo erat excisum è petra, in quo nõdum quisq; positus fuerat, & aduoluerũt saxum magnum ingens ad ostium monumenti.

PRECATIO.

DOmine Iesu Christe, qui post dignominiosissimã atrocissimãque mortẽ à primarijs viris spectatæ religionis de cruce deponi aromaticis vnguẽtis oblini, syndone mũda inuolui, atq; honorifice sepelirivoluisti. Præsta mihi de sacro altari tuo perinde ac de ara crucis verũ corpus tuum cupide suscipere & virtutum suaue olentibus aromatis conditum mundo corde & corpore extinctisiuxta tecum, quasiq; sepultis carnis affectibus & concupiscentijs iugiter seruare. Amen.

59 ¶Descendit ad inferos.

PRECATIO.

O Domine IESV Christe, Deus de deo, qui ad inferos penetrãs deuicto satana vinctos è tenebris & vmbra mortis eduxisti. Descẽdat & nunc misericordissime Iesu per ineffabilem pietatem tuã gratia & misericordia tua super animas parentũ necessariorum, familiarium benefactorum meorum, omnium fidelium defunctorum, vt à pœnis eripias, ad gaudia perducas æterna. Amen,

60 ¶Christus excitatus à mortuis, non amplius moritur, Mors illi non amplius dominabitur. Nã quod mortuus fuit, peccato mortuꝰ fuit semel quod autem viuit, viuit Deo.

PRECATIO.

DOmine Iesu Christe fons bonorum omnium, generisq; instaurator humani, sol æterne cũcta viuificãs, alens, exhilarãs, qui re diuinuus ex mortuis te terrĩa nocte cũ

ius ip

ius ipsi fueramus authores, profligata diem illum expectatissimum, quē viuum fecit Dominus, reuixisse mortalibus, iuxta copiosam tuam misericordiam regenerans nos in spem viuam: in hæreditatem immortalem, & incontaminatam, atq; immarcessibilem conseruatam in cœlis erga nos Fac me à morte peccatorum excitatum superna quęrere, vbi tu es ad dexteram dei sedens, superna curare, nō terrestria, vt quandocunq; manifesta tus fueris vita nostra, & ego tecum manifester in gloria. Qui es & qui eras, & qui venturus es, qui accepisti virtutem tuā magnam & regnas cum Deo patre in vnitate spiritꝰ sancti Deus in sæcula sæculorum. Gratias tibi agant pater cœlestis omnes populi, tribus, & linguæ pro inęstimabili charitate tua, qua sic dilexisti nos, vt filio tuo vnigenito in quo tibi bene cōplacitum est nō peperceris sed pro nobis omnibꝰ illum tradideris in

ris in mortem propitiationem pro peccatis nostris, vt viuamus per illũ. Tibi omnis gloria, honor, & imperium in sæcula. Amen.

GRATIARVM ACTIO.

ALTISSIME Omnipotens sempiterne Deus, cuius gloria pleni sunt cœli & terra si sanctas ac super cœlestes potestates nulla vnquã capit satietas laudandæ sanctissimę maiestatis tuę, quomodo nos humiles & terreni seruuli tui, empti precioso sanguine vnice filij tui satiabimur? Etsi humanitas & gratia tua insatiabiliter agit in nobis, quid nos indesinenter gratias agemus tibi benefactori nostro? Sed parce nobis misericordissime Deus, quoniã vitæ huius necessitates nõ patiuntur attẽdere indefinẽter. Quocirca per interualla adoro tę conditorẽ meum cũ timore &

more & tremore, gratiasq; ago pro vniuersis beneficijs tuis, q̄ me cum nihil essem finxisti, vitalem animam indidisti, de tuo sacro afflatu calētem ad tuimet imaginem excultam, quo tui qui summū es bonum capax esse posset, prouidentia tua educasti, à periculis liberasti, ad ea quę conducunt inuisibiliter duxisti, veram mihi fidē notam feciſti, pietatem inseruisti, mysterijs sacræ Ecclesiæ tuę erudisti.

Sed quid ego etiam audeo narrare beneficia tua, cum pelagus sit inexhaustum, & nullum norit modum tua benignitas? Imò non tam cito gratias ago pro præteritis, quin obruāt me noua. Et hoc ipsum posse gratias agere, quantum bonum est? Quod enim consortium iniustitiæ cum iustitia? aut quę cōmunio tenebris cum luce? aut quid conuenit sordibus cum immunditia? stultitię cum sapientia? mēdatio cum veritate? mortalitati cum immortalitate? O meam humilita-

tem

tem. O tuam bonitatem. Sed si spiritus promptus sit, caro infirma est. Sed tu Domine si vis, potes carnem fortem reddere, sicq; dignare me gratias agere tibi & laudare semper clementissime Deus. Quid autem boni volem mihi à te, & tu non vis antè me? Quis videt melius quid mihi sit bono, quàm tu? Si vero & prece opus est, precatur pro me quæ suscepit te clauis fixum crux, & sanctissima perimmaculata virgo mater tua legittimiq; æmulatores tui vsq; ad mortem. Tot igitur precantibus pro me aperies: & hodie cõsuete manum tuam, & implebis mente bonę volũtatis, & proteget me dextera tua.
Si autem impediunt fontem benignitatis tuæ peccata mea, dele ea: opus enim assiduum tibi est remissio peccatorum, Et propterea non gloriabitur coram te omnis caro, Tu autem solus Domine purus & impeccabilis existens miserere seruorũ tuorum

ACTIO
tuorum, eosq; post hanc vitam in æ-
ternam illam adducito vitam, & re-
gnum per IESVM Christum
filium tuum Dominũ
nostrum, cũ quo
in vnitate spi
ritus san
cti
viuis &
regnas Deꝰ
Per omnia sæ
cula sæculorum.
AMEN.

FINIS.

Digitized by Google

8-1